

num est ut os hoc maneat et perduret instar acri vel arboris fructiferae: at lingua impiorum, quia profert mania, stulta, prava, impia, instar arboris sterilis et noxiae, meretur perire et excindi, ac de facto saepe perit et excinditur. Unde hebraice est, *lingua pravitalium vel perversitatum excidetur*; Syrus, *amputabitur*.

Te parturiet notat primo, justum nil loqui nisi mente preconceptum, examinatum et praemeditatum, ideoque probum et perfectum instar fructus ac de facto saepe perit et excinditur. Unde hebraice est, *lingua pravitalium vel perversitatum excidetur*; Syrus, *amputabitur*. Te parturiet notat primo, justum nil loqui nisi mente preconceptum, examinatum et praemeditatum, ideoque probum et perfectum instar fructus ac de facto saepe perit et excinditur. Unde hebraice est, *lingua pravitalium vel perversitatum excidetur*; Syrus, *amputabitur*. Te parturiet notat primo, justum nil loqui nisi mente preconceptum, examinatum et praemeditatum, ideoque probum et perfectum instar fructus ac de facto saepe perit et excinditur. Unde hebraice est, *lingua pravitalium vel perversitatum excidetur*; Syrus, *amputabitur*.

Septuaginta vertunt, *os justi sicut myrrha est distillat sapientiam*. Te distillat significat *pi mo*, pretium verborum justi. Sicut enim myrrha distillat stactem, quae myrrha est pretiosissima: sic os justi distillat eloquia sancta, praesertim hortando peccatores ad penitentiam et mutationem vitae, juxta illud *Cant. v. 13*: «*Labia ejus lilia distillantia myrrum primam*.» Secundo, paucos et parcos esse sermones justi, sicut stilla et resina guttatim distillat. Tertio, eisdem esse bene expensos et eliquatos, sicut eliquatae sunt aquae, quae e rosis et herbis ab aromatis distillantur. Quarto, justum se accommodare ruditati et infantiae discipulorum. Sicut enim praceptor pueris sensim inflat modum legendi et scribendi, ceteraque grammaticae praecpta, ne, si simul omnia eis tradat, eorum memoriam confundat et obruat; fidem facit sapiens et justus: rudes enim et pueri similes sunt vasis angusti oris, in quae proinde stillare, id est guttatim oportet liquorem infundere: si enim totum rufundat, superfluet et perdetur. Quinto, justum multo plura in corde servare quam ore proferat. Unde S. Chrysostomus, hom. 43 in *Matth.*: «*Ex verbis*, inquit, *velut e rivis multo majorem fontem esse conjice*. Quod enim extra profertur ex illo profuit, ejusque superfluum est quod intus est.» Et mox: «*Pari*

etiam ratione proba verba multo probatorem virtutem intus esse significant.»

12. LABIA JUSTI CONSIDERANT PLACITA, ET OS IMPIORUM PERVERSA. — «*Considerant*, id est considerato profertur. Est metalepsis, qualis est illa: «*Os justi meditabitur*, id est meditato loquetur sapientiam.» Pro *considerant* hebraice est *קָרַע ידעוהו*, id est sciunt; Aquila et Theodotion, *cognoscunt*; Pagninus, *labia justi sciunt quod placitum est Deo*, et *os impiorum loquitur perversa*; Valabius, *labia justi cognoscunt beneplacitum* (Tigurina, *grata*), hoc est inquit, *scite et opposite loquuntur ea quae placent Deo et hominibus*.

Sensus est, *q. d.* Justus considerat quae Deo ac hominibus sunt placita, eaque cum gratia, decore et venuste proloquitur; et os impiorum placet, omnesque ei applaudunt: et os impiorum loquitur perversa, quae Deo et hominibus displicent; ideoque ab omnibus displicunt. Unde Septuaginta pro *קָרַע ידעוהו*, id est sciunt, litteris vicinis, sed aliis punctis legentes *קָרַע יאריפ*, id est distillant; aut potius *קָרַע יידעוהו in piel*, id est cognoscere faciunt, erudunt, vertunt, *labia virorum justorum distillant gratias* (quasi gemmas); *sa autem impiorum אַרְבָּעֵי עָשָׂר*, quod Complutenses vertunt, *avertitur*; alii, *pervertitur, subvertitur*; melius Romana, *pervertit*. Quod ergo verba loquitur justus, tot gratiae, tot rosae, tot margaritae ex ore ejus distillant, juxta illud sponse, *Psal. XLIV*: «*Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum*.» In Belgio celestis est Joscio Religiosus S. Bertini, qui ante 500 fere annos quotidie salutans Deiparam quique psalmis, incipientibus a totidem litteris nominis *Maria*, post mortem inventus est quinque rosas vultu et ore gestare cum inscriptione nominis *Maria*. Rosas ergo psalmodum offerens Deiparae in vita, post mortem ab eadem meruit totidem rosas caelestibus decorari: ita habent archiva monasterii S. Bertini, S. Antoninus et alii. Quoties ergo Salutationem Angelicam Deiparae devote recitas, totidem ei rosas ore tuo depromis; quam si iteras ad numerum psalmodum, rosarium in modum psalterii corona rosea, imo gemmae, praestantius illi offeres.

Porro frigide Cajetanus sic vertit et explicat: *labia justi faciunt scire voluntatem*, id est justus voluntatem suam verbis explicat sine fuso et fraude; *at os impiorum loquetur revolutiones*, id est consilia sua fraudulentis verbis involvit. Mellius R. Salomon: «*Labia justi sciunt קָרַע רַטְסוֹן*, id est benevolentiam sui conditoris sibi comparare, eundemque delinire; rationem etiam perceptam habent, qua mortales sibi devinciant, amicitiaeque inter eosdem conservant.» EIR. Levi: «*Lingua just. ratson*, id est propensionem mortaliu sibi demereri scit, cum ejus verba consentanea jucundaque accidant.» Et *פְּאָרְפֵּרֵס Catenae Gravos*, sic ex Septuaginta vertit et explicat, *justorum virorum labia gratiam fundunt orationem; os autem impiorum velut perversum, fastidium movet, q. d.*

Justorum sermones ita sunt apti et concinni, ut gratis referri videantur; ita rursus firmi, ut solvi nequeant; impiorum autem oratio parit tedium et abominationem. Hoc est quod monet Apostolus, *Ephes. iv. 29*: «*Omnis sermo malus ex ore*

vestro non procedat; sed si quis bonus ad edificationem fidei, ut det gratiam audientibus.» Et *Coloss. iv. 6*: «*Sermo vester semper in gratia sale et conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.*»

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Varias habet gnomas de justitia, aequitate, divitiis, consilio, secreto, beneficentia, etc.; sed plurimas antitheses de justis et injustis, quibus justorum fructus et felicitatem post hanc vitam, ingustorum damna et infelicitatem representat.

1. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum: et pondus aequum, voluntas ejus. 2. Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia: ubi autem est humilitas, ibi et sapientia. 3. Simplicitas justorum dirigit eos: et supplantatio perversorum vastabit illos. 4. Non proderunt divitiae in die ultionis: justitia autem liberabit a morte. 5. Justitia simplicis dirigit viam ejus: et in impietate sua corruet impius. 6. Justitia rectorum liberabit eos: et in insidiis suis capientur iniqui. 7. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes: et expectatio sollicitorum peribit. 8. Justus de angustia liberatus est: et tradetur impius pro eo. 9. Simulator ore decipit amicum suum: justus autem liberabuntur scientia. 10. In bonis justorum exultabit civitas: et in perditione impiorum erit laudatio. 11. Benedicentia justorum exaltabit civitas: et ore impiorum subvertetur. 12. Qui despiciat amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit. 13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum. 14. Ubi non est gubernator, populus corruet: salus autem, ubi multa consilia. 15. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cavet laqueos, securus erit. 16. Mulier gratiosa inveniet gloriam: et robusti habebunt divitias. 17. Benefacit animae suae vir misericors: qui autem crudelis est, etiam propinquos abiecit. 18. Impius facit opus instabile: seminanti autem justitiam merces fidelis. 19. Clementia preparat vitam: et sectatio malorum mortem. 20. Abominabile Domino cor pravam: et voluntas ejus in his, qui simpliciter ambulat. 21. Manus in manu non erit innocens malus: semen autem justorum salvabitur. 22. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua. 23. Desiderium justorum omne bonum est: praestolatio impiorum furor. 24. Alii dividunt propria, et ditiores fiunt: alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt. 25. Anima, quae benedicit, impinguabitur: et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. 26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. 27. Bene consurgit diluculo qui quaerit bona: qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis. 28. Qui confidit in divitiis suis, corruet: justus autem quasi virens folium germinabitur. 29. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: et qui stultus est, serviet sapienti. 30. Fructus justi lignum vitae: et qui suscipit animas, sapiens est. 31. Si justus in terra recipit, quanto magis impius et peccator?

1. STATERA DOLOSA (S. Ambrosius, lib. III *De Officiis*, cap. IX, legit *adultera*) ABOMINATIO APUD DOMINUM: ET PONDUS AEQUM, VOLUNTAS EJUS. — «*Voluntas*, id est volutum, beneplacitum, gratum Deo. Est metonymia; ponitur enim abstractum pro concreto, potentia pro objecto. Hebraea, Aquila

et Symmachus, *bilances dolis abominatio Domini; et lapis perfectus*, vel integer, voluntas, vel beneplacitum ejus; lapis, id est pondus perfectum, ut vertit Aquila, et *plenum*, ut Symmachus. Olim enim lapidibus utebantur pro ponderibus, ut etiamnum nonnullis in locis faciunt. Extat Valentinus

Imperatoris lex, qua jubet ut publicæ mensuræ et pondera sint aenea vel lapidea, ne facile deterantur et minuantur; unde jam passim sunt ferrea vel aenea. Quocirca Septuaginta clare vertunt, *statera dolosa abominatio Domini; et pondus justum acceptum est ei; Syrus, pondera justa amat.*

Ad litteram sensus est manifestus. Jubet enim ut in emendo, vendendo, omnique rerum permutatione, distributione, contractu, justa adhibeatur mensura; nec et emptor aliquid addat, vel venditor demat. Ratio est, quia justitia consistit in æqualitate arithmetica et præcisa; quare medium justitiæ consistit in indivisibili, ut scilicet tantum præcise des quantum ex justitia debes, cum in ceteris virtutibus medium suam habeat latitudinem; ut, v. g., temperantia dicitur ut cibi libram plus minus comedas; esto ergo paulo amplius, vel paulo minus sumas, a medio virtutis temperantiae non deflectis. Unde Aristoteles, lib. V *Ethic.* vii, ait omnis juris et justitiæ essentiam in æquilibrio consistere, ideoque jus et justitiam apud omnes gentes esse eandem, esto leges et statuta diversa sint; sicut apud omnes eadem est mensurandi et ponderandi ratio, esto mensuræ (quibus leges assimilantur) sint diversa.

Porro Deus identidem Judæis præcepit pondum et mensurarum æquitatem, gravibusque penis veluit earum per fraudem imminutionem et immutationem; ut per Moysen *Deuter.* xxv, 14, per Amos cap. viii, 3, per Osee cap. xii, 7, per Michæam cap. vi, 11, per Ezechielem cap. xlv, 10; quia fraus in mensuris et ponderibus turbat contractus et commercia hominum, eorumque societatem, vitam civilem et rempublicam evertit; hæc enim tota nititur justitia, quæ proinde est basis et columnæ respUBLICÆ. Cum ergo justitiam auferes et rempublicam, solem auferes a mundo, et omnes excecas, confundis et perdis. Tolle justitiam, et omne honestum, omne sanctum sustuleris. Hac de causa Romæ in Capitolio amphoræ, pedis, cæterarumque mensurarum et ponderum idea existat, ne quo dolo vitari et imminui queant. Quocirca S. Augustinus, serm. 216 *De Tempore*: « Ille vero, ait, non solum Christianus est, sed et ipse Christus in illo habitat, qui stateras dolosas et mensuras duplices velut gladium diaboli petimescit. » Et Concilium Moguntinum sancit: « Ut quicumque justa pondera et mensuras lucri causa mutare ausus fuerit, per triginta solidos dies in pane et aqua tantum pœnitent. »

Symbolice, statera symbolum est justitiæ. Idem ergo sancit hic Salomon, quod Pythagoras suo hieroglyphico. « Stateram ne transilias, » ait Clemens Alexandrinus, lib. II *Strom.*, nimirum ut in omnibus servemus justitiam, æquitatem et æqualitatem, ne in judicio, distributione bonorum vel onerum, aliave re simili amico causam adjudicemus, et inimicum suo jure privemus; ne divitem præferamus pauperi, nobilem ignobili, cognatum vel popularem extraneo, etc. Sic et Beda

hunc sensum quasi litteralem affert: « Statera dolosa, ait, non tantum in mensuratione pecunie, sed in judiciaria discretionem tenetur. Qui enim aliter causam pauperis, aliter potentis, aliter sodalis, aliter audit ignoti, statera utique librat iniqua. » Imo in Jure Canonico 48, Can. x *Omnis*, ex S. Isidoro, lib. III *Sentent.* cap. lvi, ita sancitur: « Omnis qui juste judicat, stateram in manu gerat. In utroque penso (in utraque lance, puta in absolvendo et condemnando) justitiam et misericordiam portat; sed per justitiam reddit peccati sententiam, per misericordiam peccati temperat penam, ut justo libramine quadam per æquitatem corrigat, quadam vero per miserationem indulgeat. » Hinc et justitia pingitur quasi virgo velatis oculis stateram manu gestans, et pensa utriusque bilancis æquilibrans. Quocirca Pompeius Phraati Parthorum regi postulanti, ut Enphratem Romanæ ditionis limitem esse vellet: « Imo, inquit, illud magis postulandum, ut Romanorum fines a Parthorum regno justitia dirimat, » teste Plutarcho in *Apoph. Rom.* Et Trajanus Imperator per facta Urbis strictum ansem in conspectu omnium dedit, dicens: « Cape ferrum hoc; et si quidem recte imperium gesseris, pro me; sin aliter, contra me hoc utere. » Ita Niophoras, lib. III *Hist.* cap. xxiii. Alfonso vero Aragone rex principes negligentes justitiam assimilabat cadentibus morbo comitali: « Nam cum anime, inquit, materia sit sola justitia qua tenditur ad vitam, quid restat principibus subita justitia, quæ est vite quasi nutrimentum et cibus? » Ita Panormitanus de dictis Alfonso.

Tropologicè Beda: « Sed et is, inquit, qui sua bene gesta meliora quam proximorum, suaque errata judicat leviora, trutina ponderat dolosa. Nec non et ille, qui onera importabilia imponit in humeros hominum; ipse autem uno digito suo non vult ea tangere. Ille etiam qui in publico bona et mala agit in occulto, per iniquitate dolose libere abominatur a Domino. At qui sinceriter agit in omnibus, qui causam et causam æqua lance discernit is nimirum justitiam volentem et actioni congruit. »

Hugo vero per stateram primo, accipit judicium rationis, quod rectum et sincerum est, cum in eo vera falsis, honesta turpibus, sancta profanis præponderant, juxta illud *Ecclesi.* xxi: « Verba prudentium statera ponderabuntur; dolosum vero et pravum, cum pluris æstimat profana quam sancta, turpia quam honesta, falsa quam vera. Sic et auctor *Catena Græcor.*: « Statera, ait, sublimiori sensu vis est discernendi et judicandi, quam a natura in nobis existat, ab omni prava affectione, et animi perturbatione libera esse debet. »

Secundo, inquit Hugo, est statera amoris, in qua, si recta sit et sincera bilanc amoris Dei, præponderat amori mundi; sin dolosa et corrupta, amor mundi superatorem Dei. Tertio,

statera est cor hominis, cujus una bilance appenditur presens felicitas et pœna æterna; in altera presens tribulatio et æterna felicitas, juxta illud *Ecclesi.* xv: « Apposuit tibi aquam et ignem; ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum; quod plaecerit ei, dabitur illi. »

Quarto, est statera S. Scripturæ, quæ recta est fidem orthodoxam parit, si eam juxta unanimem Ecclesie sanctorumque Patrum sensum accipias; dolosa vero, si eam ad hæreticorum vel phisosophorum errores detorqueas. Ita S. Augustinus, lib. II, cap. vi, contra Donatistas. Et habetur 24, *Quest.* I, can. VI: « Non afferamus, inquit, stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus, et quomodo volumus pro arbitrio nostro, dicentes: Hoc grave est, illud leve; sed afferamus divinam stateram de Scripturis sanctis, et in illa quid sit gravius appendamus, imo non appendamus, sed appensa a Domino cognoscamus. » Et infra: « Video, ait, quid homines detestentur, quid horreat; verumtamen recurrens ad illam stateram, ubi non ex humano sensu, sed ex auctoritate divina omnia pensantur, » etc.

Quinto, statera est conscientia, quæ recta est, cum Dei legem et rationes æternas sequitur; dolosa vero, cum fucatas carnis rationes, prætextus et fraudes associat. Unde Apostolus ad hoc recte conscientie tribunal Gentes, quæ lege caret, vocat et citat *Rom.* ii, 13: « Qui ostendunt, inquit, operis legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, et inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die, cum judicabit Deus occulta hominum; » tum enim recta conscientia in lucem prodibit, et dolosam damnabit. Unde S. Isidorus in *Deuter.* cap. xii: « Velatur, inquit, ne in conscientie nostræ domo mensuras duplices habeamus, id est, ne ipsi quæ districtioris regulam moliant remissiore indulgentia præsententes, eos, quibus verbum Dei predicamus, districtioribus præceptis et gravioribus, quam ipsi perferre possimus, gravemus ponderibus. »

Sexto, S. Ambrosius, lib. III, epist. 49 ad *Constantinum*: « Ponderet, inquit, unusquisque sermones suos non cum fraude et dolo. Statera fallax improbabili apud Deum; non illam stateram dico, quæ mercedem appendit alienam, et in vilibus quidem rebus raro constat fallacia; sed statera verborum ipsa apud Deum est execrabilis, quæ præteritis pondus gravitatis sobrie, et subnectit veritatis fraudulentiam. Hoc maxime condemnat Deus, si decipiat aliquis proximum suum promissorum benignitate; et subdola iniquitate defœneratum opprimat, nihil sibi profuturus astutiæ suæ artibus. »

Septimo, statera est animus hominis, in quo bilancas sunt ratio et sensus, voluntas et concupiscentia. Item ipse homo, in quo bilancas sunt anima et corpus. Ita S. Basiliius in illud: « Attende

tibi ipsi: Nam sicut, ait, in stateris confligit ut, si unam depresseris lancem, alteram illi oppositam elevaris; similis modo assolent in animo et corpore confingere: unius exuberans copia necesse est ut alterum imminuat. » Huc facit illud *Psalm.* lxi, 10: « Verumtamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum, » id est, ut S. Hieronymus vertit, *verumtamen vanitas filii Adam, mendacium filii viri, in stateris dolosis fraudulenter agunt simul.* Et Theodotion, *vapores sunt filii hominum, mendacium filii viri, ut momentum stateræ, quod mox sursum, mox deorsum fertur.* In quæ verba S. Basiliius: « Mendaces, inquit, homines corrupta habentes anime judicia, quos et Propheta miseris prædicat, dicens: Vah dicentibus tenebras lucem, et lucem tenebras, amarum dulce, et dulce amarum. Mihi, inquit, presentia dentur, quis novit futura? Male libram expendis, mala pro bonis eligens, vana veris anteponeas, momentanea perpetuis potiora duces, transitoriam denique voluptatem pro lætitia nunquam desinere ac perpetui prædicans. Mendaces ergo homines in stateris iniquitatis. » Et mox: « Nec enim in die illo judicii libi licerit dicere: Quia nescivi quid esset bonum. Tibi namque propria datur libra, quæ sufficiens discrimen boni ac mali demonstrat. Corporea namque pondera in libræ lancibus probamus, quæ vero ad insuetudinem vitam eligenda veniunt, per liberum arbitrium discernimus; quod et stateram nominavit, quod momentum æquale ad utramlibet (lancem) possit capere. »

Et in eundem psalmum Rufinus: « Sunt, ait, mendaces filii hominum in stateris; id est in libra justitiæ, in boni malique deliberatione, dum bonum malo præponderant. Dictum est hoc a simili eorum, qui in stateris in quibus videtur esse justitia, emptores decipiunt. » Et S. Hilarius: « Mendaces, ait, quia impietatis suæ sensu aut falluntur, aut fallunt; et in eo mendaces, ut decipiant in stateris, sub justitiæ scilicet nomine injusta peragentes. » Et Theodoretus: « Vane quidem, ait, omnes res humane sunt; verumtamen plurimi confidunt rebus fluxis tanquam perennibus, quæ æquitatem despiciunt; iniquæ autem mentis trutinam tenent, et justitiam quidem contemnunt, injustitia vero gaudent. » Et Cassiodorus: « Mendaces filii hominum in stateris: Sive illos tangit, ait, qui ponderibus iniquis ementium decipiunt simplicitatem, sive quod homines sibi placentes, justici atque immobiles videri volunt, cum sint decipiunt mutabilitate fallaces. In stateris enim hoc significat, quasi in libra justitiæ collocati, non creduntur amare fallaciam. » Et S. Ambrosius in eundem *Psalm.* lxi: « Mendaces filii hominum in stateris: Nam filii hominum, inquit, videntur sibi ponderare æquitatem, et gravitate severioris judicari examine justitiam, duri aliis, remissi operibus iniquis, sermone censors. Unde Salomon ait, *Proverb.* xi: Execrabile

Domino duplex pondus, et statera fallax non bona. In quo significat eos qui rapinam inexplorabili corde meditantur, et sobrietatem fronte praeferunt. Tales Scribae Judaeorum sunt, qui onera gravia aliis observantia durioris imponunt, non habentes rectum jugum animae suae, sed propensa iniquitate curvati.

Ambrósio S. Ambrosius, lib. III, epist. 19 ad Constantianam: « Pendet, ait, per singulos nostrorum statera meritorum, atque exiguis vel boni operis, vel degeneris flagitii momentis huc atque illic saepe inclinatur; si mala vergant, heu me! si bona, praesto est venia. Nemo enim a peccato immunis, sed ubi propendunt bona, elevantur peccata, obumbrantur, teguntur. Ergo in die iudicii aut nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in profundum tanquam molari depressos lapide mergent. Gravis est enim, utpote talento plumbeo suffulta, iniquitas, intolerabilis avaritia, atque omnis superbia, tetra fraudulencia. »

2. UBI FUERIT SUPERBIA, IBI ERIT ET CONTUMELIA; UBI AUTEM EST HUMILITAS, IBI SAPIENTIA. — Hebraice, venit superbia, et venit ignominia, q. d. Quocumque ingressa fuerit superbia, illico eodem ingreditur et ignominia. Sic dicimus: Venit fur, et venit carniifex: praecedit enim fur, sequitur carniifex qui eum suspendit. « Raro enim antecedentem selestium deserat pede praena claudo; raro superbam deserit ignominia. Chaldaeus, ingrediens superbia, adest ignominia. Septuaginta pro superbia vertunt *εξουσία*, id est injuria; Syrus, contemptus. Sed *εξουσία* hic verus superbiam et arrogantiam designat, ait auctor *Catena Graecor.* Sic ergo habent Septuaginta, in quemcumque invadit superbia, illum occupat et ignominia; os autem humilium meditatur sapientiam; Hebraeus et Syrus, cum modestis vel humilibus sapientia. Pro humilibus hebraice est *עַלְוִים זָכִים*, quod Noster, *Michee vi, 8*, vertit, *solicitum*: « Solicitum, ait, ambulare cum Deo tuo. » Ubi multa de hac voce dixi. Hinc Symmachus vertit, *apud accuratos sapientia*; Arabicus, *quo inibat fastus, ibi erit contemptus; et os humilium meditatur (meditato loquitur) sapientiam.*

Porro ignominia haec duplex est, passiva et activa. Passiva, q. d. Superbia Deo et hominibus est exosa; ideoque superbi ab omnibus despiciuntur, videntur, deprimuntur, ignominia et probris efficiuntur; ex adverso humiliter Deo et hominibus est grata et honorata, ideoque humilis vere sapit: et ubi est humilitas, ibi est et sapientia, quia vera sapientia est Deo et hominibus per humilitatem placere. Rursus, q. d. Superbus leditur et affligitur sui contemptu, ignominia et contumelia, quia cum ambat honorari, valde dolet cum contemnitur, irridetur, conviciis afficitur; at vero humilis humiliter et sapienter tolerat, vel dissimulat sui contemptum, irrisiones et probra; imo his gaudet: gaudet enim sui humi-

litate, gaudet et tranquillitate paceque animi, quae nusquam nisi in humilitate reperitur. Superbi ergo per superbiam contumeliam sibi accersunt; humiles vero per sapientiam contumeliam tolerantiam, honorem et gloriam sibi conciliant. Sicut ergo humilitas est vera sapientia, et humilis est vere sapiens, ideoque honoratus: sic ex adverso superbia est mera insipientia, et superbus est vere insipiens, ideoque despectus. Est metalepsis, catachresis et metonymia, in hisce auditisibus frequens: ex antecedente enim et causa intelligitur consequens et affectus, ac vice versa ex effectu causa: puta ex superbia insipientia, ex insipientia despectus; atque vice versa ex humilitate sapientia, ex sapientia decus et honor. Unde S. Augustinus in *Psal. 1*: « Esto, ait, humilis in humili Deo tuo, ut sis excelsus in glorificatione Domino Deo tuo. » Et inferius: « Nostis quia excelsus est; si te excelsum feceris, longinquabit a te; si te humiliaveris, propinquabit tibi. » Idem, tract. 104 in *Joan.*: « Humilitas, ait, claritas est meritum, claritas humilitas est premium. » Activa est superbi ignominia, q. d. Ubi est superbia, ibi est superbus aliorum despectus, irrisio et contumelia. Superbi enim ex fastu, quo praese ceteros despiciunt, eosdem contemunt, irridunt, probris afficiunt: perinde ac nubes vaporibus tumens et gravida in grandines, tonitruum et fulmina dissiliunt. Superbia ergo parit contemptum et contumeliam; at vero humiles nemini se anteponunt, sed omnibus postponunt: ideoque vere sapientes, id est humiles et virtute praediti, censentur, atque ob hanc humilitatem et sapientiam ab omnibus honorantur et amantur. Ita Aben-Ezra.

Hic sensus cohaeret priori, ejusque est causa.

Plenus ergo sensus erit, si activam ignominiam passivae jungas hoc modo, q. d. Superbus ob fastum ab aliis despicitur, et contumelias afficitur, ideoque vicissim eos despicit, et contumelias afficit, cum eisque jurgatur et conviciis certat, ut superet: ita auctor *Catena Graec.* At vero humiliter cum despiciunt, et probris vexatur, humiliter tacet, sapienter dissimulat, ac pro probris rogat verbasapientiae, quibus suam patientiam et charitatem patefacit, ac iratos et probra jacentes lenire, sedare et in sui amorem rapere, ac ad dei timorem traducere satagit; quare nunc modesto monendo, nunc blande compellendo, nunc leniter consolando, mitigat eorum iras, avertit contumelias, impetrat amorem et benevolentiam.

Nota hic superbiam congrue puniri ignominia, humilitatem vero coronari gloria, quia par est, ut qui se exallant humiliter, et qui se humiliant exallentur, ut ait Christus Joacireca D. us punire solet superbos, aut errore in oculis, aut infelicitate eventuum, ait Jansenius; humiliter vero donare sapientia qua prudenter se gerant, indeque sapientiae nomen et gloriam ab omnibus consequantur, cum ex adverso superbus mirabili-

Humiliter videtur est Deo

lia supra captum suum imprudenter aggrediat, ideoque dum eis non valet satisfacere, ab aliis temeritatis stultitiaque damnatur. Incipit enim turrim, id est rem magnam, efficere sumptibus necessariis minime computatis, et, cum eam perficere nequeat, omnes qui vident, illudunt et dicentes: « Quia hic homo cepit edificare, et non potuit consummare. » Sic de regibus superbe volentibus prelio gerere cum Nabuchodonosor, ait Habacuc, cap. 1, vers. 40: « Tyranni ridiculi ejus erunt, » id est, superbos principes audentes secum congregati risu et sibilo explodet. Unde S. Augustinus, in illud *Psal. xxxvii*: « Computruerunt livores mei (sic enim ipse legit, pro quo nos legitimus, *cinctrices meae*) a facie insipientiae meae. Si fueris humilis, ait, erigeris; si fueris elatus, curvaberis: non enim deerit Deo pondus, unde te curvet. Illud erit pondus, fascis peccatorum tuorum; hoc replicabitur in caput tuum, et curvaberis. » Idem, initio lib. 1 *De Civit. Dei*, docet superbiam constituere civitatem diaboli, humilitatem vero civitatem Dei, ideoque eam omnium principum transcendere dignitates. « Nam scio, ait, quibus viribus opus sit, ut persuadeatur superbi quanta sit virtus humilitatis, qua fit ut omnia terrena cacumina temporali mobilitate nutantia, non humano usurpata fastu, sed divina gratia donata celsitudo transcendat. » Idque probat ex illo: « Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, » *Jacobi iv, 6*, et *1 Petri v, 5*. Vide ibi dicta. Idem S. Augustinus in *Evangelium secundum Mattheum*, serm. 10, explicans illud Christi, *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde*: « Magnus esse vis, ait, a minimo incipere. Cogitas magnam fabricam constituere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. » Alludius ergo et gloriae fundamentum est humilitas. Causam dat *homil. ult. inter 30*: « In rebus quippe visibilibus, ait, ut excelsa quisque contingat, in excelsum erigitur; Deus autem cum omnium sit excellentissimus, non elatione, sed humilitate contingit. Unde per Prophetam dicitur: Prope est Dominus his qui attriverunt eor. Et iterum: Excelsus est Dominus, et humilia respicit, et excelsa a longe cognoscit. Excelsa ipsa posuit pro superbis. Illa ergo respicit, ut attollat: ista cognoscit, ut deprimat et dejiciat. » Idem, serm. 49 *De Tempore*: « Melior est, ait, peccator ascenditur, quia Deus excelsus non superbia, sed humilitate attingitur, etc. Dicamus humilitatem, per quam Deo propinquare poterimus; sicut ipse in Evangelio ait: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde; et in vanitatis requiem animabus vestris, Matth. cap. xi.* Per superbiam mirabilitatem Dei fragilitas humane naturae ascendit ad caelum. Honesta est enim inter homines humilitas consuetudo, sicut Salomon ait: Ubi fuerit su-

perbia, ibi erit et contumelia; ubi autem humilitas, ibi et sapientia. Item alii sapiens. Quanto, inquit, major es, tanto humilia te in omnibus, et coram Deo invenies gratiam. Item Iobis per Prophetam ait: Ad quem autem verba respiciam, nisi ad humilem et quietum, et trementem verba mea? Quicumque humilis et quietus non fuerit, non potest in eo habitare gloria Spiritus Sancti. Deus humilis factus est nostrae salutis causa; erubescat homo superbus esse: Quantum humilitate inclinatur cor ad ima, tantam proficit in excelsis. Qui enim humilis erit, exaltabitur in gloria. »

3. SIMPLICITAS JUSTORUM DIRIGIT EOS; ET SUPPLANTANTIO (id est frans qua alios circumvenient et supplantant, ait Aben-Ezra) PERVERSORUM VASTABIT EOS. — « Simplicitas, » id est integritas, innocentia, perfectio; Septuaginta, *perfectio rectorum* (interpres *Catena Graecor.* vertit, *reclatum, scilicet virtutum*, inquit) *deducet eos; et supplantatio contemnentium* (Dei legem, ait auctor *Catena Graecor.*) *depreddabitur* eos. Ita passim videmus milites similesque, qui praedas exercent, tandem aliis praedam fieri; sicut pisces, qui minores praedantur, majoribus praeda sunt, ab eisque devorantur. « O pisces, praedam vis de parvo, praeda efficietis majori, » ait S. Augustinus in *Psal. lxxvii*. Chaldaeus, *simplicitas rectorum dirigit eos, et pervertent direptores, tunc conteret eos*. Giggicus in *Catena Hebr.* suscipiat interpretem in Bibliis Regis errasse, et pro *direptores* vertendum *derisores*. Verum eum non errasse patet ex Chaldaeo, qui habet *כַּוְוִי בֹרָזֵי*, id est *direptores*, non *כַּוְוִי בֹרָזֵי*, id est contemptores et irrisores. Syrus, *spes justorum adfuerit, et superbia iniquorum profugabitur*. Sensus est pius, q. d. Integritas justorum dirigit eos, ut in suis conatibus prosperum habeant successum, ac impiorum fraudes, dolos et laqueos inoffensi pertransiant. At vero impiorum pravitas, qua alios supplantare conantur, ipsosmet vastabit, quia incident in laqueum quem aliis tetendant, suisque dolis et fratribus capiuntur; perversitas, quam alii machinati sunt, in ipsorum caput recidit; ac in eam sem, vel similiem perniciem Deo neciscente incurrunt. Hoc est quod ait S. Hieronymus, epist. ad *Pammach.* *simplices tui sunt inter dolones*. Dolones sunt flagella intra quorum virgas latet pugio, inquit Servius in VII *Æneid.* Dolones dicit a fallendo, quod decipiant ferro, cum ligni speciem praefertant. Et S. Ambrosius, lib. III, epist. 19: « Bona, inquit, puti sermonis sinceritas, et locuples macrum Deum, etiam inter laqueos ambulat. » Et S. Augustinus, *homil. 40*: « Angus quidem fabricatus inter ipsas elabitur manus, columba superne volans rubi despicit; simplex vero dolos et fraudes facile defugit, q. d. Quam facile anguis sui ubricitate a manibus elabitur, ac columba supervolans retia praeterolat, tam facile justus dolos et fraudes sibi structas evadet, tum quia a Deo dirigitur, tum

quia didicisti et in proximum redegit illud Christi: «Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae,» *Math. x. Denique Ecl. cap. xviii, vers. 28*: «Plaga dolosa, ait, dolosi dividit vulnera, et qui fovam fodit, incidit in eam; et qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo; et qui laqueum alii ponit, peribit in illo,» uti Aman suspensus est in cruce quam parabat Mardocheo. Vide ibi dicta. Praeclare S. Augustinus in *Psalm. cxliii*: «Ideo, inquit, quaerit te major raptor, quia invenit minorem raptorem; ideo te quaerit major aquila, quia prior cepisti leporem; praeda tibi fuit minor, praeda crasi majori.» Ita R. Salomon, R. Levi et Aben-Ezra.

Denique videmus Deum simplices et sinceros dirigere et tutari, ac fraudulentos saepe in laqueos, quos sinceros posuerunt, impingere. Causa est, quod sinceri proxime accedunt ad Deum, qui simplicissimus et sincerissimus est; hinc et «re-rum simplicitas vestigium est Dei,» uti docet S. Augustinus, lib. *De Vera Religione*. Idem, lib. *XI De Civitate*, cap. x: «Est itaque, ait, bonum solum simplex, et hoc solum incommutabile, quod est Deus. Ab hoc bono creata sunt omnia, sed non simplicia, et hoc hoc mutabilia. Creatura sane, inquam, id est facta, non genita. Quod enim de simplici bono genitum est, pariter simplex est.» Et mox: «Pater qui genuit, simplex est, et Filius qui genitus est, pariter simplex est; sed ideo simplex dicitur, quoniam quod habet hoc est, excepto quod relative quaeque persona ad alteram dicitur.» Et S. Bernardus, serm. 80 in *Cant.* simplicitatem Dei ita describit: «In ea et multa in unum, et diversa in idem rediguntur, ut nec numerositate rerum sumat pluralitatem, nec alterationem de varietate sentiat. Loca omnia continet, et quaeque suis ordinat locis, nusquam contenta locorum. Tempora sub ea transeunt, non ei. Futura non exspectat, praeterita non recogitat, praesentia non experitur.» Et *serm. 81*: «Qui tribuit in simplicitate, inquit, diligitur a Deo, et simplicitas candor est; nam naves duplicitas: quid duplicitas nisi dolus?» Et mox: «Sponsus itaque et cum sit virtus, in virtutibus complaceat sibi; et cum sit liliium, inter lilia commoratur; et cum sit candor, delectatur candidis.» Et *serm. 82*: «Manet in fundamento prorsus inconcussa simplicitas, sed minime apparet duplicitate operum humanae dolositatis.»

Mystice, supplantatio perversorum, qua videlicet mentem et rationem perverse supplantant et subdunt concupiscentiam, perdet eos, quia rationem, quae domina est, faciunt servam; et concupiscentiam, quae serva est, faciunt dominam. Caput ergo habet in pedibus, et pedes in capite.

Huc facit apologus aeneupis et viperæ apud *Esopum*: «Auceps, inquit, visco accepto et arundinibus, aucupatum egressus est; visco autem tardo super alta arbore sedente, et arundinibus inter se longitudinem conjunctis, sursum eum com-

prehensurus suspiciebat. Cæterum ignarus viperam dormientem conculcavit. Haec vero irata mordit ipsum. Ille jam agens animam dicebat: Me miserum, alium enim captaturus, ipse ab alio captus sum ad mortem. Affabulatio. Fabula si significat eos, qui proximis insidiantur, ignarus saepe ab aliis idipsum pati.»

4. NON PRODERUNT DIVITIAE IN DIE ULTIONIS (Hebraice, *ira*, vel *indignationis*, supple, *Domini*); JUSTITIA AUTEM LIBERABIT A MORTE. — Sensus est clarus, *g. d.* Cum Deus ulciscatur peccata, vel in hac vita, vel in die iudicii, ultionem hanc peccator redimere non poterit divitiis, quia Deus iis non flecitur, nec indiget, cum sit earum dominus; sed justitia est, qua ultionem hanc redimit, et a morte per eam intentata liberat, juxta illud Danielis ad Nabuchodonosor, cap. iv: «Peccata tua elemosynis redime.» Sic justitia liberavit Noe a diluvio universali, Loth ab incendio Sodomae, Josue et Caleb a morte, quia cæteri omnes Hebraei et murmur perierunt in deserto, *Numer. xv*; Susannam ab infamia et lapidatione, *Daniel. xiii*; Daniælem a devoratione leonum, *Daniel. vi*. Maxime autem in die iudicii divitiæ non proderunt, sed sola justitia liberabit nos a sententia damnationis et a morte gehennæ: justitia, inquam, tum proprie dicta, puta probitas et sanctitas; tum improprie accepta, puta beneficentia, ait auctor *Catena Graec.*, et elemosyna: ob hanc enim praestitit Christus electos adjudicabit caelo, et reprobos inferno ob eandem neglectam, *Math. xxv*. Unde Chaldaeus vertit, *non prodest mendacium* (mendaces et fallaces divitiæ, in eisque reposita spes divitiarum) *in die iræ; justitia vero liberat a morte mala.*

«Justitia ergo liberabit a morte,» quam justus venientem aequo animo exspectat, accedentem sustinet, et ut initium vite melioris admittit. Vivit ergo cum moritur, et secundum exteriorum specieem victus a morte, mortem ipsam vincit ac proterit, eamque conculcans, ac velut scabellum pedum suorum efficiens, immortalæ vitam apprehendit; nec tantum se, sed et alios liberat a morte. Sic enim corpus Elisei tangens mortuorum, cum a morte ad vitam revocavit, *IV Reg. xiii*. Tam viva, tam efficaci est justitia. Hinc sententia similis est gnome cap. x, vers. 2: «Nil proderunt thesauri impietatis.» Et illa *Ecl. cap. v, vers. 40*: «Noli anxius esse in divitiis injustis; non enim proderunt tibi in die obductionis et vindictæ.» Vide ibi dicta. Et illud *Tobia cap. xii, vers. 9*: «Elemosyna a morte liberat, et ipsa est quae purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam æternam.»

Græci codices hic inferuntur aliam gnomen, quæ non est in Hebræo, nec in Latino, nimirum hanc: «Mortuus justus reliquit penitentiam (male Complutenses legunt, *penitentem*); facilis autem fit et jucundus impiorum interitus.» Quod sic exponas, *g. d.* Justus in hac vita agunt penitentiam, et in morte ei valedicunt, quia propter eam trans-

eunt ad gloriam; aut, ut Didymus in *Catena Graecorum*: Justus mortuus merorem et luctum aliis relinquit, quia alii de interitu ejus lugent ac dolent; at impij qui in bonis ducent dies suos, penitentiam seram inchoant in morte, ideoque eam continentur per omnem æternitatem; quare eorum penitentia et interitus jucundus accidit justis, quos afferunt, juxta illud: «Letabitur justus, cum viderit vindictam peccatoris.»

5. JUSTITIA SIMPLICIS DIRIGIT VIAM EJUS, ET IN IMPIETATE SUA CORRELET IMPIS. — «Simplicis,» Hebraice *תמיך tamim*, id est integri, immaculati, perfecti. Unde Septuaginta, *justitia immaculata* (Complutenses legunt, *immaculata*, id est *immaculata*) *dirigit vias; impietas autem incidit in injustitiam.* Quocirca primo, sic explices, *g. d.* Justitia dirigit, id est, ut Chaldaeus, *facit rectam*, justam et probam viam, vitamque immaculatarum; ex adverso impietas impiorum delorquet viam impiorum, eamque facit curvam, pravam, improbam, injustam. Rursus impij in Deum facile labuntur in injustitiam, sicutque injusti in proximum. Qui enim fidem Deo datam non servat, multo minus servabit fidem datam vel debitam homini.

Secundo et genuine, *g. d.* Justitia vias, id est actiones, justorum dirigit, id est fortunat et prosperat, ut in offensis per omnia pericula incedant, ac felices rerum suarum Deo secundante sortiantur successus; at vero impius ob impietatem suam in multa impingit adversa et damna, corruetque in multa infortunia, ut videantur omnia in tibiis ejus, ut vulgo dicitur, resillire. Sic *dirigere* pro *fortunare et prosperare* sumitur *Psalm. cxxxix, 12*: «Vir linguosus non dirigetur,» id est non prosperabitur, «in terra.» Et alibi saepe, praesertim in *Psalmis*. Ita R. Levi, Hugo, Jansenius et alii.

Porro, *justitiam* hic rursus proprie et ample accipio, quia ei opponitur impietas; Baynus tamen et noster Salazar per *justitiam* accipiunt solum elemosynam, quasi dicas: Elemosyna elemosynarium prosperat, rectaque via dirigit in caelum; at impietas, id est avaritia, qua quis impius est in pauperes, facit ut impius corruat in mala ipsaque gehennam. Unde S. Chrysostomus, homilia 9 *De poenitentia*, rectam regiamque viam in caelum docet esse elemosynam: «Elemosyna, ait, regia via, quæ homines celerrime in caelum axes adducit. Magna res est elemosyna (vide quam recta in caelum pergat), procedit aërem, transit lunam, solis radios excedit, ad ipsum venit caelorum culmen, ipsos pertransiens ocelos, et Angelorum populos decurrens, Archangelorumque choros et omnes superiores potestates, ipsi assistit regali throno.» Et S. Augustinus, serm. 25 *De verbis Domini*: «Via oculi, ait, est peregrinatio, per quam venit ad Patrem. Incipe ergo egrogare, si non vis errare. Patrimonij tui quo es ligatus, compedem solve, ut liber ad caelum possis ascendere.»

6. JUSTITIA RECTORUM LIBERABIT EOS; ET IN INSIDIIS

SUIS CAPIENTUR INQUI. — Similis est hæc sententia precedentibus; sed ibi dixi justitiam conciliare bona, hic vero eamdem liberare a malis. Pro *insidiis* hebraice est *תור האווא*, quod Pagninus vertit, *in prociitate*; Vatablus, *in improbitatem vel obpressionem*, quo alio solent opprimere; Syrus, *in iniquitatibus suis*; Septuaginta Romana, *in avaritia*, id est in *perditione*; Complutenses vero, *in avaritia*, id est in *inopia consilio, vel temeritate sua*; Procopius, *in avaritia*, id est in *impietate sua*; Aquila, Symmachus et Theodotion, *in injustitia injuste agente capientur*. Justitiam rursus generatim accipio pro probitate: licet Baynus et noster Salazar more suo speciatim accipiant elemosynam. Utraque liberat a malis tum presentis vite, tum futuræ. Unde Cajetanus accipit liberationem a carcere et vinculis, juxta illud S. Chrysostomi, homilia 7 *De poenitentia*: «Elemosyna vincula dirumpit, tenebras solvit, exstinguit ignem, carcerem aperit.» Idem, hom. *De divitiis et pauperibus*, docet elemosynam liberare ab amore divitiarum, quo quasi vinculo alligantur avari, ut divitiis suis quasi mancipia adstricti et concatenati videantur. Unde noster Salazar *in insidiis suis capientur iniqui* sic exponit, *g. d.* Avari et injusti pecuniarum asservatores in insidiis suis, hoc est suisque metipsum opibus injuste et inique partibus, captivabuntur; quæ sane pecuniarum servitus et captivitas major est, quam sit vinculorum ferreorum. Unde S. Chrysostomus, hom. 13 in epist. 1 *ad Corinth.*: «Quando divitiis, ait, fuerimus alligati, quomodo adversarios vincemus? sunt enim vinculum grave his qui uti necunt, sevis tyrannus et inhumans, omnia imperans in perniciem illorum qui illi serviunt; sed si volerimus, hæc vincula, et acerbum hanc tyrannidem de sede deturbabimus. Quomodo autem id fiet? si divitiis omnibus distribuerimus; quando enim Plutus fuerit solus adversus solos, sicut latro quidam in solididine omnia facit mala; cum autem in medium eum adduxerimus, non amplius nos superabit, omnibus eum undique alligantibus.» Hic sensus subtilis est et pius, sed arctior, et symbolicus potius quam literalis: nam ad litteram sicut quamvis justitiam rectorum, sic et quasvis insidias impiorum accipie.

7. MORTUO HOMINE IMPIO, NULLA ERIT ULTRA SPES; ET ESPERATIO SOLICITORUM PERIBIT. — Pro *solicitorum* hebraice est *תור האווא*, quod Vatablus vertit, *violentorum*; R. Salomon, *spitibulum*; Chaldaeus et Syrus, *iniquorum* Septuaginta, *impiorum*; Pagninus, *divitiarum*; alii, *mendaciorum*; alii, *vanitatum*; alii, *cupidarum*, vel *avidorum*; alii, *dolentium*; alii, *raptorum*; Noster optime vertit, *solicitorum*, sive anxiorum, qui solliciti sollicitæ, anxie et cum dolore cupiditatis opum, voluptatum et honorum hujus mundi se dedunt, imo inhiant. Hi enim, ut cupiditatem suam per fas et nefas expleant, laborant, satagunt, solliciti sunt et angustur. Hæc est mala cupiditatis sollicitudo: nam est

et bona sollicitudo, de qua S. Bernardus, libro II *De Consideratione ad Eugenium*: «Sollicitudo, ait, officium Prælati est, non celsitudo. Nec locus est otio, ubi sedula urget sollicitudo omnium Ecclesiarum.» Et serm. I ad Fratres: «Esto magis sollicitus, ait, ut scias quid desit tibi; utinam sis essemus cupidi gratiæ spiritualis, quemadmodum seneculares homines pecuniæ temporalis.» Et serm. 69 in *Cant.*: «Dilectus meus mihi, et ego illi. Nec dubitat se amari qui amat. Ita est. Amor Dei amorem animæ parit, et illius præcurrens intentio intentam facit, sollicitudoque sollicitam,» que efficit ut sollicitæ ambulet cum Deo suo, *Micheæ* cap. VI.

Copula et vel est nota similitudinis copulans similia, idem valens quod sic; vel est exegética et explicativa, idem valens quod hoc est. Priori acceptione sensus est, *g. d.* Sicut in morte perit omnis impij spes vite tum presentis, ad quam redire nequit; tum æternæ, a qua excluditur: sic pariter omnis spes et expectatio hominum sollicitorum, id est anxie et sollicitæ cupiditatis opum et honorum inhiantium, in morte, imo saepe ante mortem, interit.

Posteriori modo sensus est, *g. d.* Cum moritur, aut cum mortuus est homo impius, nulla restat ei spes, et, id est hoc est, expectatio sollicitorum, qui avare et cupide bonis mundi contra vel præter Deum legem inhiant, peribit. In morte enim perit vita, et cum vita omnis spes impiorum, qui in hac vita solliciti sunt ad accumulandas opes, quasi in æternum hic victuri. Significatur ergo, inquit Jansenius, impio per mortem intercipi et auferri irreparabiliter, quod sperare et desiderare solitus fuit, divitiarum scilicet gloriam et omnem vite hujus felicitatem, ut idem hic significetur quod per Prophetam: «Dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.» Et: «Non descendet cum eo gloria ejus.» Et alibi: «Sunt reliquie homini pacifico. Injusti autem disperibunt, simul reliquie impiorum interibunt,» quia post mortem nihil est ei reliquum. Secundum spirituales intelligentiam significari etiam hic recte intelligitur, impio post mortem nullam esse spem veniæ, quia in inferno nulla est redemptio. R. Salomon vero: «Expectatio sollicitorum, hebraice *צְרוּרֵי אִמְּוִם*, id est filiorum spes, ait, qui sunt illorum robur et divitiarum peribit et irrita fiet; nam ob parentum demerita hand bonis ullis gaudebunt. Cum autem justus vita functus fuerit, illius soboles habebit quod speret, ob parentum justitiam.» *Aben-Ezra*: «Expectabitur iniquorum, inquit, qua se sperabant iniqua gesturos, irrita fiet.» R. Levi, *g. d.* «Impius pene totus moritur; spes etiam quam in insigni suo robore et vi collocabat, evanesceat. Aut *g. d.* Mortuo impio cessabit spes, qua illius amici ab ejus viribus et facultatibus certum munimen sibi despondebant. Expectatio etiam, qua eidem fidebant futurum, ut opem presentem

afferre posset, irrita corruet: eodem enim vita functo, vis omnis et robur disperibit (1).»

Alludit ad Benjamin quem mater Rachel, in partu cupide emisa, dolore emoriens vocavit *Benoni*, id est filium doloris mei; pater vero Jacob vocavit eum *Benjamin*, id est filium dexterae, *g. d.* Sicut Rachel filiorum cupidissima, hanc suam cupiditatem luit morte: nam parta Benjamin interit, indeque vocavit eum *Benoni*; sic pariter expectatio omni, id est sollicitorum, id est cupiditatibus inhiantium, ideoque dolentium et suspirantium, peribit, imo ipsosmet enecabit: quod enim appetitur sollicitæ ex amore, hoc acquiritur cum dolore, et amittitur cum merore, qui saepe hominem ita affligit et cruciat, ut vitam ei adimat.

Porro Septuaginta, si tamen in codicibus eorum non irrepsit error, contrarie vertunt, ut latentem hic antithesin expriment; sic enim habent, *ubi justus mortuus fuerit, spem non amittet, impiorum vero jactantia et gloriatio post mortem interit, g. d.* Justus moriens spem melioris vite non amittit, sed premititur per bona opera, quæ in vita fecit: hæc enim eum post mortem in celo excipient æ beabunt; at impij spes omnes quas in opibus, amicis et dignitate sua repositas habebat, ac de quibus se jactabat et gloriabatur, in morte cum ipsa vita, in qua fundate erant, evanescent. Unde auctor *Catena Græcor.* per exempla sic exponit: «Sperabat justus venustam ex legitima uxore prolem se suscepiturum, et ecce superbit; sperabat susceptam magnis honoribus, multisque opibus potituram, et ecce potitur. Idem statuam de cæteris similibus. Quin ad futuram quoque vitam et resurrectionem sermo hic transferri potest; subindicat enim justum bonis omnibus hic usum, futurorum quoque bonorum spe neutiquam frustratum iri; aut post mortem non modo in se, sed in suis quoque liberis gloriosum et celebrem futurum. At impiorum gloriam, qua inaniter seque gloriati fuerant, et in qua finem suum tantum non collocaverant, vanamet momentaneam fore.»

8. JUSTUS DE ANGESTIA LIBERATUS EST; ET TRADITUR (perperam aliqui legunt, *trudetur*) IMPIUS PRO EO.—Hebraice, et *veniet impius pro eo*, quod Hugo exponit, *propter eum, g. d.* Impius propter justum a se afflictum veniet et subit in ejus angustias. Planius alii *pro eo* exponunt, *in locum ejus*, puta in angustiam ejus. Unde *Valartus, justus*, inquit, *ex adversitate eripitur, sed impius succedit illi; Syrus, subit impius pro eo.*

Dupliciter hæc sententia exponi potest. *Primo*,

(1) Maurer, cum moritur homo improbus, perit spes, bonitatis improbi, cum moritur, spes perit; et expectatio facultatum (omni pluralis est non *צְרוּרֵי אִמְּוִם*, sed *צְרוּרֵי אִמְּוִם*), opum, divitiarum perit. Ita concinnus prodi parallelismus, et artificiosus elegantiorque unum membrum altero completur. «Quemadmodum enim, ait ille, in prioro membro cujusnam spes perat dicitur, non dicitur quam, sic in posteriore quemam spes perat exprimitur, non exprimitur cujusnam.

prose, *g. d.* Deus justum liberat saepe a malo, quod illi impius struit, facitque ut impius penam talionis luat, ac in malum, quod justo struxit, incurrat: ut Aman incurrit in foream quam struxerat Mardocheus; inimici Danielis incurrerunt in fauces leonum; quos Danieli appararant; senes adulteri incidunt in lapidationem quam machinati erant Susanne. *Daniel. xiii.*

Secundo, ample, *g. d.* Justus ad tempus modicum in hac vita affligitur et angustiat, at mox Deus afflictioni finem imponit, eumque liberat; impius vero ad modicum tempus gaudere et dominari permittit, at mox gaudio eorum finem imponit, facitque ut in angustias justis succedat. Hæc enim proprie competunt et debentur impio, ut cum eo quasi reo sibi subdito, proprioque subiecto perire deurent. Id saepe fit in vita, semper in morte, cum justis angustias hujus vite liberati evolvant in paradysum; impij vero in eas subintrant perpetuo cruciandi in gehenna.

Septuaginta vertunt, *justus a viâ hinc*, id est, a venatione vel captura, liberatus est; pro eo autem traditur iniquus, *g. d.* Dives venatur pauperem justum; at justus ab ejus laqueis insidisque a Deo eripitur, et in eandem recidit dives, dum alius potentior eum venatur et devorat, juxta illud *Eccli. xiii, 23*: «Venatio leonis, onager in eremo; sic et pascua divitum sunt pauperes.» Unde auctor *Catena Græc.* legit: «Justus, ne prædatorum preda fiat, liberatur; pro eo autem in captivum traditur impius.» Ubi Didymus: Justus, inquit, divinam legem animo semper versans, seseque in illa oblectans, et a mortis laqueis eripitur, et a venatoribus demonumque insidiis liberatur, et ab omni tandem seditioso et turbulento sermone custoditur. Traditur autem et conjicitur in illa incommoda impius. Quod si vir justus ut homo quandoque conciderit, statim rursus conurgit atque emergit. Et inferius: Aut ideo hoc dicitur, quia justus ut homo subjacebat quibusvis noxiis, que impius per vexationem injuste illatam in illo punit, et quasi extinguit; adeoque justum a pena, quam in altero seculo subiturus erat, liberat; seipsum vero propter iniquam vexationem certe penæ ream obstringit; obicitur autem hinc pene impius non ab alio quam a seipso, suaque propria malitia, ut qui jam ante in reprobum sensum sponte seipsum coniecisset.

9. SIMULATOR ORE DECIPIT AMICUM (Hebraice *קַרְוֵי רֵעֵהוּ*, id est *proximum*) SUUM: JUSTI AUTEM LIBERABUNTUR SCIENTIA.—Pro decipit hebraice est *קַרְוֵי רֵעֵהוּ*, id est *errantur*. Unde Aquila, Symmachus et Theodotion, in ore hypocritarum corrumpt amicitiam suam, supple, impius qui processit; Chaldaeus, ore dolosus nocet amico suo. «Simulator» est tum adulator, tum quisvis hypocrita, deceptor et impostor, quasi dicat: Fallax adulator et hypocrita decipit, id est, decipere et perdere conatur (et actu incautos saepe decipit) proximum suum; et justis sua scientia hæc ejus fraudes digno-

cent, evitantur et discutunt. Haque «scientia justis» opponitur ori simulatoris: illius enim hypocritarum et dolos deprehendit et devitat. *Scientiam* accipit tum cognitionem sanctæ Scripturæ, rerumque divinarum, eum prudentiam et cautionem. Hæc sententia clara est in hereticis, qui simulat se doctores veritatis, cum sint præcones falsitatis; quorum imposturas detegit scientia, id est, veritas fides et Theologia. Ita Beda, Hugo, Jansenius et alii (1).

Septuaginta vertunt, *in ore impiorum laqueus est acibus, sensus autem justorum prospere procedens; vel, justorum autem sensus felix faustusque existit.* Idem reipsa dicitur quod Vulgata; laqueus enim oris impiorum non est alius quam simulatio, hypocritarum et adulatorum; sed laqueus hocce justis sensu et sapientia predicti prospere et feliciter vel evadunt, vel dissipant.

10. IN OIBUS JUSTORUM EXULTABIT (male aliqui legunt, *exaltabitur*) CIVITAS: ET IN PERDITIONE IMPIORUM ERIT LAUDATIO.—Hæbraice, *in bonitate, vel in bono*, id est, in prosperitate et felicitate, *g. d.* Cum prospere justis omnia succedunt, cum bonis vel temporalibus vel spiritualibus affluant, tunc exultat civitas, tum quia justitia et virtus omnibus est amabilis et veneranda, tum quia ipsa in totius urbis exemplum et commodum redundat. Si enim justis abundet, ipsa bona sua cum aliis totaque civitate communicant; at «in perditione impiorum erit laudatio,» hebraice *וְרֵי רֵינָהּ*, id est jubilo, ovatio, communis letitia et exultatio; tum quia omnes laudabunt Dei justitiam, que impios perdidit, mortique merita multavit; tum quia exultabunt omnes, quod ab impiorum vexatione, rapinis, scandalis, etc., sint liberai. Porro non parva est hæc virtutis commendatio, et vitii vituperium, quod virtuti omnes applaudant, vitio omnes insultent: vox enim populi est vox Dei. Unde Aristoteles, lib. V *Moral.* cap. 1, docet vocem populi firmam continere veritatem, similem illi quam habent oracula.

Pro exultat Symmachus vertit, *ἀγαλλιάσονται πόλεις*, id est, *exultabunt civitates*; Theodotion, *ἐξαρτῶσονται*, id est *laleturæ*; Syrus, *roborebitur civitas*; Septuaginta, *κατασπῶσεται*, quod Complutenses vertunt, *recta gessit civitas*, quia scilicet exemplum virtutis justorum imitata est; Romana, *bona se gessit*; auctor *Catena Græc.* clare, *in prospero justorum successu civitas provocat et florat; in impiorum autem interitu exultat et plausus exortitur.* Sic et Complutenses ac Chaldaus; Tigurina, *cum bene est justis, exultat civitas; et cum perant iniqui, oval.* Est ergo antithesis objecti letitiæ et exultationis, quod scilicet civitas exultat de bonis impiorum, et de malis eorum dolet; at de bonis impiorum dolet, et de malis eorum exultat. Captaus pro erit laudatio vertit, *erit civitas*: nimirum

(1) Hebr. est, *ore profanus*, impius in genere, cui opponitur in seq. membro *scientia*, id est sapientia.

vita iustorum est quasi cantus, qui omnes recreat, atque ad simile virtutum studium festivo plausu excitat; at improbus dum vivit, omnes offendit, ideoque dum moritur, sic omnes ejus luctus et funebria iusta recreant, ut illa cantibus, saepe compositis ad publica gaudia carminibus concelebrant.

11. BENEDICTIONE IUSTORUM (Hebraice *rectorum*) EXALTABITUR (Vatablus, *exhauritur et floret*) CIVITAS: ET ORE IMPIORUM SUBVERTETUR. — Aquila, Symmachus et Theodotus, *deicietur*. Pro civitas Chaldaeus vertit, *provincia*.

Hic versus dat causam praecedentis, cur scilicet in bonis iusti exultet civitas, et in perditione impiorum jubilet, quia nimirum per benedictionem iustorum exaltatur, et per os impiorum subvertitur.

Quaeres, quomam sit « benedictio iustorum? » Respondeo primo: *Benedictio* hic uti et alibi saepe accipi potest pro rerum affluentia et opulentia; iusti enim, cum sint opulenti, ipse cives sunt beneficii, et civitatem collegis, monasteriis, templis, aliisque fabricis magnificis ornant et exaltant; ut *benedictio* sit idem quod bona iustorum, in quibus exultare civitatem dixit vers. praeced. Ita auctor *Calena Cracora*, *g. d.* Opulentia iustorum cives et civitatem exaltat, facitque splendendam et magnificam; at vero verba impiorum eandem subvertunt. Opponit os opulentiae, quia tam perversum est os impiorum, ut aequipolleat, imo praepolleat, opulentiae iustorum; plus enim illud destruit quam haec aedificet. Adde opulentos fere eligi in magistratum, ac civitati praesae, eamque regere; quare cum iusti sunt opulenti, eliguntur in magistratum, tumque iustis suis sanisque consiliis et legibus exaltant civitatem; at vero os, id est imperium, impiorum eam subvertit; quia dum in ea imperant impii, lupis suis decretis, exactionibus, rapinis eam subvertunt. Os enim saepe significat iussum et imperium; ut cum propheta toties ingeminant: « Os Domini locutum est, » id est, Dominus *haec* quod dicitur, imperavit.

Secundo, *benedictio* idem est quod beneficentia; dicere enim Dei et Sanctorum est efficax, ideoque idem quod facere: quod enim dicunt, hoc faciunt. Sic sensus erit, *g. d.* Iusti sua beneficentia et eleemosynis sustentant et magnificant civitatem; at impii suo ore, id est sua maledictione aequae maleficentia eam evertunt.

Tertio, magis proprie et genuine, *benedictio* est boni precatio, et benedicere est bene precari, *g. d.* Cum iusti bene precantur civitati, Deus precor eorum exaudit, ac civitati bene facit, eamque exaltat; at impii ore suo maledicentes tam Deum quam cives, merentur ut Deus eam subvertat. Sic impii cives Sodome meruerunt eam incendio subverti; at Lot, fugiens e Sodoma in Segor, eandem ab incendio, cui pariter destinata erat, *via* oratione et benedictione liberavit, *Gen. xii*,

21. Sic Jacob *Gen. xlix*, et Moses *Deuter. xxxiii*, morituri benedicentes Israeli, eum bonis cumularunt. Sic Deus servavit Jerusalem ab exitio Sennacherib, ob preces Isaie et Ezechiae, *Isaia* cap. xxxvii; ac Salomoni et Iudaeis benedixit propter Davidem, juxta illud: « Propter David servum tuum non avertas faciem Christi tui, » *Psal. cxxxi*, 40. Sic S. Gregorius Ilianos suis urbem gravi peste liberavit. Hoc est quod ait Sapiens, cap. vi, 26: « Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. »

Quarto, plenius, *benedictio iustorum* sunt bonorum consilia, monita, eloquia, exempla, quibus ignorantes docent, mostos consolantur, errantes corrigunt, omnesque ad virtutem et ad Deum traducere satagunt. Hisce enim exaltatur civitas: cum « impiorum ore, » id est malis consiliis, litibus, rixis, seditionibus, dolis, etc., evertatur, juxta illud Plutarchi in *Moral.*: « Unius linguae dolo et proditione urbes conciderunt, regna, respublicae. Hoc est quod ait Ecclesiasticus, cap. xxviii, 16: « Lingua tertia multos commovit, et dispersit illos de gente in gentem, civitates murtas divitum destruxit. » Vide ibi dicta.

Addit Hugo per *benedictionem* accipi eloquentiam et efficaciam dicendi, quam habent Sancti, per quam subinde urbes et regna ab exitio liberant. Sic S. Leo sua dicendi facundia et gravitate Atilam comespexit, ne Romam vastaret; et Genserico jam Romam occupanti persuasit, ut ab ejusdem incendio, ignominis et caedibus temperaret. Ita S. Gregorius sua modesta humilique suaviloquentia Mauritium Imperatorem aiosque principes sibi et Urbi offensos reconciliavit. Ita S. Bernardus in schismate Petri Leonis, sua dicendi agendique gratia regem Angliae aiosque magnates Innocentio II, legitimo Pontifici, ejusque Ecclesiae astrinxit, ac schisma sustulit. Simili modo suos Ordines et monasteria celebrarunt et exaltarunt Religiosi sapientia et eloquentia praestantes: ut Ordinem S. Benedicti celebrarunt Gregorius VII, Leo IX, Victor II Urbanus II, alique permulti, qui ex eo ob sapientiam et virtutem eveci sunt ad Pontificatum. Ordinem Cisterciensem celebravit S. Bernardus, Dominicicum S. Thomas Aquinas, S. Vincentius Ferrerius, Petrus Tarantasiensis, qui creatus Pontifex dictus est Benedictus XI, et alii; Franciscanum S. Bonaventura, Alexandr. Alensis. Joannes Duns Scotus, et alii.

12. QUI DESPICIT AMICUM SUUM, INDIGENS CORPUS EST; VIR AUTEM PRUDENS TACEBIT. — Pro *despicit* hebraice est *baz*, id est *spoliat*, scilicet suo honore et aestimatione per contemptum et despectum. Unde *baz* per apocopen idem est quod *baz*, id est contemptus, despectus ex alto, alto supercilio dignatus est. Septuaginta, *substantia civis indignus corde*. « *Despicit* » ergo non tantum corde, sed et ore; opponitur enim *ta* *tacebit*. *Haec* « *despicit*, » id est despecte et contemptum, *nil* sentit, sic et loquitur de amico suo.

Sensus ergo est, *g. d.* « Qui de corde despicit amicum, » id est, ut Hebraea, proximum suum, eo quod in eo aliquod vitium aut defectum notet, ideoque ore despectus de eo loquitur, vilipendit, deprimit, *ta* *des*, « *indiget corde*, » id est intellectu, *ja* *des* et sapientia, hoc est, insipientes et *recors* est, ut veritatem Vatablus, tum quia proximum irruit et provocat, ut vicissim eum despicat, et contemptum de eo loquitur; tum quia sapientia distat vita esse celanda, virtutes autem propalandas; tum quia iusto Dei iudicio fit ut qua mensura mens fuerimus, remetiatur nobis, juxta illud *Isaia* xxxii, 4: « Vos qui spernis, nonne et ipse spernetis? » tum quia hic despectus oritur ex superbia, qua se sapientem, alium dementem aestimat, ait R. Levi; superbia autem est insipientia. Addit Hugo eum indigere corde, id est cordis commiseratione, compassione et lenitate, qua aliorum vita celanda, et secreta suavique correctiones eandem esse docet, *Galat. vi*, 1.

VIR AUTEM PRUDENS TACEBIT. — Hebraice, *vir intelligentiarum* vel *prudenciarum*, id est valde intelligens et prudens, *tacebit*; Septuaginta, *vir autem prudens silentium ducit*; Syrus, *in silentio habitabit*, quasi in cella cordis, pacis et tranquillitatis suae, *g. d.* *Recors* pro palat villa proximi, eum despicit, ridet, probris laecest; ut vir prudens villa proximi dissimulat, imo cum a recordi despicitur et probris laecestur, probra non regerit, sed suffert et tacet. Qui hoc fecit, is sane *vir prudenciarum*, id est multae prudentiae, et quasi sapientiae miraculum est, tum quia animi pacem, modestiam et magnitudinem, quae probra omnia despicit, ostendit tum quia sua modestia despicentem redarguit, confundit, compevit. Nam qui exprobranti probra regerit, is ea magis accendit, ut plura audiat; qui ad ea tacet, suo silentio ea sopit: perinde ac qui latranti eam oblatat, eum irrat ut magis latret; at qui tacet, suo silentio, latratum inhibet. Unde S. Basilus, *hom. de trinitate*, eos comparat echo. Sicut enim si vocem emittis, respondebit eadem voce echo, et quo magis vociferaris, eo magis vociferabitur echo: sic patet qui voce probra facit, similia sibi ab echo, quasi ab echo, responderi jacque audet. Quocirca concludens sanum hoc suggerit consilium: « Noli ergo, ait, malam ferre gratiam, neque magis multum restitutor esse. Contumeliam intulit iratus, vinco amoveque silentio malam. Tu vero contra facis, qui velut undam inuentem illius ram in cordis penetralia suscipiens, ventos hostilis contra flatus adversis resistentes. Noli tuo adversario pro magistro uli, nec quem odio perssequeris, hanc emulacri, nec fieri veluti speculum irati velis, illius formam in te ipso representans. Rubicundus est ille ob iram? Tu minime ruborem praeferas; illi sanguinei oculi? tibi quiete et cum gravitate aspicias; vox illi aspera? tibi mitis et blanda, imo potius nulla. » Audi et Bedam in *Collegantiis*, tom. III: « Cum vero, ait, luxura derogantium corrigi nequeunt, aequari-

miter sunt per omnia tolerandi. Saepo vero eum de vita proximorum conquirentur, nullare locum conamur, secretum vite rememoritis eligeri; vilidelicet ignorantes, quia si desit spiritus, non adjuvet locus. Tolerandi sunt ergo ubique proximi; quia Abel fieri non valet, quem Cain malitia non exeret. » Sic Saul inquit regi sapienter se suosque regens, ad contumelias suorum oblituit. Audi Scripturam, *I Reg. x*, 27: « Filii vero Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera; ille vero dissimulabat se audire. » Verum est enim illud: « Qui nescit dissimulare, nescit regnare. » Porro R. Levi generalius haec accipit: Prudens, inquit, socium suum non deludit et contemnit, sed silet dum alter loquitur, attentaque illius sermones audit; licet autem is in medium proferat ea quae ipse perspecta habet, auscultat tamen ejus dignitatem favens, licet nihil inde precipiat emolumentum.

Salomonem secutus Rabbi Simeon in *Pirke Avoth*: « Per omnem vitam, ait, educatus fui inter sapientes, nec inveni quidquam corpori salubrius silentio. » Et Ben-Sira in *Sermonibus*: « Vidisti asinum nigrum? neque nigrum, neque album, » hoc est, ut ejus Scholiastes exponit: « Quae linguam tuam, ut semper dicit: Nescio, ne quando in responso capiaris. » Sic ceteri Hebraeorum Rabini negationem in respondendo vel silentium commendant. Unde Anonymus: « Doce linguam tuam dicere: Nescio, quod aequilbre est auro et argento. » Huc facit gnome Arabum, *Cent. 2*, num. 52: « Sape numero silentium est responsum, ut quis respondeat omitendo responsum. » Nimirum multorum accusationes, querelae et calumniae manifestam saepe habent falsitatem, nec responsum aut apologiam merentur; unde ad eorum criminationes silere, sufficienter respondere et se purgare est. Et *Cent. 1*, num. 98: « Taciturnitas conciliat suis amorem. Penitentia super silentio me hoc est penitentia super sermone; » hoc est, praestat penitentia taciturnitatis, quam silentii. « Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquentem, » ait Cato. Pergat Arabes: « Taciturnitas sapientia est, sed rarus est agens eam. » Huc pertinet distichon Caldesi:

Demissis animo, ac tacito vitare memento:
Qua humen placidum est, forsitan laet alius unda.

Ita S. Marcellus Episcopus Andegavensis, « erat sermo silens, et silens loquens, » ait Fortunatus in ejus Vita.

13. QUI AMBULAT FRAUDULENTER, REVELAT ARGANA; VIR AUTEM FIDELIS EST ANIMI, CELAT AMICI COMMISSUM. — Hebraeus, *ambulans delator revelat secretum; fidelis spiritu aperiens verbum* (4); Chaldaeus, *qui accu-*

(4) Rectius, qui it oblectatum, detegit arcana; sed qui fidi est animi, rem tegit. Sensus est hic: si videtur aliquem arcana alterius vel sponte, vel levi de causa manifestare aliis, certe scias, talem hominem non esse animo candidum et ingenium, cui fidi possit, sed frau-

sator (Syrus, calumniator) est, aperit secretum: et qui fidelis est in spiritu, celat secretum; Septuaginta, vir bilinguis revelat consilia in consensu: fidelis autem spiritu abscondit res; Symmachus, custodit verba.

Pro qui ambulat fraudulentè hebraice est רכיל *rachil*, id est negotiator, indeque delator, detractor, calumniator. Est pulchra metaphora. Detractor enim vocatur *rachil*, id est mercator, sive negotiator, quia sicut hic merces comparat non pro se, sed ut eas distrahat et dividat, sic delator verba et gesta aliorum vestigat et conquirat, ut illa ad alios deferat, et per circulos quasi venum circumferat, ut inde lucrum aliquod reportet. Unde *rachil* uti litteris, ita et significatione alludit ad רכיל *rachil*, id est ire, ambulare, deferre. Ita Paganus in *Lexico*: Ut negotiator, inquit, multas habet species mercium quas ab aliquibus emit, et aliis vendit: iidem detractor verba hinc et inde collecta et audita aliis refert. Consonat R. Abraham, qui ita scribit: Sicut mercator quod ab uno emit, alteri vendit: ita detractor, quod ab aliquo audivit, alteri revelat. *Rachil* ergo est, qui explorat aliorum secreta, vel vitia, vel consilia, eaque deinde aliis enuntiat. Unde Cajetanus veritè, explorator revelat secretum, et fidelis spiritus legit; S. Hieronymus in *Isaia* cap. XXXIX: qui fidelis est spiritus, abscondit negotia.

Sensus ergo est, quasi dicat: Explorator qui fide et fraudulenter cum amico simulans se amicum convalescitur, itaque expiscatur amici mentem, ejusque arcana consilia et secreta, hic eadem mox revelat aliis; qui autem fidelis est animi et spiritus, hic celat amici commissum, id est secretum, quod sibi commisit et concedidit. Rursum commissum, id est admissum sive perpetratum aliquod delictum. Ita Dalila expiscans Samsonis viri sui secretum, fortitudinem scilicet ejus consistere in capillis, illud prodidit Philistaeis, et Sansonem perdidit, *Judic.* XVI, 17. Huc facit proverbium Arabum *Centur.* 2, num. 54: « Arcanum tuum de sanguine tuo est; saepe aperuisti illud, et est causa mortis tuae. » Et *Cent.* 2, num. 61: « Secretum est fides, hoc est, commendatum fidei alterius, » q. d. Qui servat secretum, pro fidei habetur; qui divulgat, pro infideli. *Ibid.* num. 65: « Arcanum tuum est captivus tuus; si custodieris illud; tu autem captivus es, si manifestatur. » Et num. 59: « Pectus tuum dilata secreto tuo, hoc est, ne detege illud ulli. Possidet homo animam suam (vel seipsum), qui occultat secretum suum ab amico suo. » Et num. 32: « Ne aperi secretum tuum similibus, id est, ne detege arcana tuum derisoribus. » Similia enim omnia que vident imitantur et iterant, itaque agentes deridere videntur. Et *Cent.* 1, num. 74: « Os linæ carcer est. Cave ut

delenti, deceptorii calumniatorique ingenii: hunc tu caveo; quod de aliis enim apud te, idem de te apud nos promiscue effluet.

ferat lingua tua collum tuum. » Huc facit gnome Hebræorum: « Intrat vinum, exit arcana. » Quod enim latet in animo sobrii, hoc natat in lingu ebrii. Similibus est gnome Poete:

Eximia est virtus, prestare silentia rebus;
At contra gravis est culpa, scruela loqui.

Et illa Thaletis: « Vide ne te in jus vocet sermo contra conjunctos tibi ac socios dictus, » q. d. Ne fidas amicis, ut eis committas arcana, ut inde illa effutiant, magna tua infamia et ignominia. Ita Laertius, lib. I, cap. 1. Et illa Aristonis: « Veni nobis molestissimi sunt, qui abstrahunt pallia; nam his contra ventos munimur: ita gravissima lædunt amici, qui expiscantur arcana. » Et illa Tiberii Imperatoris apud Dionem: « Principis animum, aut nemini aut paucis cognitum esse oportet. » Et illa Metelli Macedonici qui, rogatus quidnam acturus esset post subactos Arthachos, respondit: « Tunicam meam exurere, si cum consilio meum scire existimarem. » Et illa Bede in *Collect.*: « Imperitii sicut loqui nesciunt, sic tacere non possunt. Amicum secreto admonere, sed palam laudare. » Plura de revelatione secretorum dixi *Ecol.* XXVII, 17.

Pro fidelis animi, Aquila et Theodotus verunt, necesse est, quod cum Romanis veritas, fidelis spiritus, ut *sermoni* respondet Latino ablativo, quo Greci dicunt; noster tamen Salutaris proprie accipiens in dativo veritè, fidelis spiritus, sicque exponit: Fidelis spiritus, id est animo suo, dicitur qui arcana servat, quia ea que in animo tuto latent, palam discere, et in vulgus spargere, quodam est proditiōnis genus adversus antiquum; animus enim non secus ore aperto proditur, quam urbs aliqua ostio reserato. Vel aliter: qui secreta non violat, fidelis spiritus dicitur, id est Spiritus Sancto; quasi vero e contra is, qui arcana amicorum palam facit, Spiritus Sancto infidelis sit.

Causas duas subdit: Prior est, quia Spiritus Sancto, qui primus et notionalis est amor, tribuitur omnis honesta benevolentia, omnisque amicitia ejus opera copulatur. Nihil autem omne amicorum concordiam distrahit, sicut arcana et secretorum revelatio. Posterior, quod secretorum revelatio ex amore proficiscitur; jure ergo optimo eidem revelatio secretorum tribuitur, cui dilectio etiam accommodatur; puta Spiritus Sancto, qui est amor formalis et causalis; ubique enim amorem et amicitiam astrigisse et copulat. Verum hæc mystica, vel accommodatitia sunt: vera enim veritas est, fidelis spiritus, ut habent Septuaginta, Chaldaeus, Nestor et alii passim. Ita tacitum apud se servat, et secretum amicum. S. Ambrosius, ut ne quidem frat. dilectissimo Satyro illud communiaret. Unde *De Vita Satyri*: « Cum omnia, inquit, nobis essent nostra communia, individuis spiritus, individuis affectus, solum tamen commune non erat secretum amicorum; non quo conferendi periculum verere-

mur, sed tenendi servareque fidem, etc. Erat enim fidei iudicium extraneo non esse proditum, quod non esset cum fratre collatum. »

14. Ubi non est gubernator, populus corrumpitur; salus (Syrus, liberatio) actem, ubi multa consilia. — Pro gubernator hebraice est תרבות *tachbuloth*, de qua voce fuse dixi cap. 1; vers. 3, diciturque significare gubernacula navis, indeque republice, ac consequenter consilia, industriam, solertiam, quibus gubernatur civitas, æque ac res publica. Unde Hebræa ad verbum habent, ubi non sunt consilia et consulta gubernacula (Cajetanus, *ingenia*), *corrupti populus; et salus in multitudine consiliarii*, id est consiliarii; Theodotus, in *incogitantia corrumpit populus; salus autem in nomine multi consilii*; Septuaginta, *quibus non est gubernatio, cadent tanquam folia* (legerunt *עלים* *elim*, id est folia, pro *עם* *am*, id est populus, salus autem in multo consilio; Chaldaus, in *multitudine consilii*). Recte populus comparatur foliis arborum, tum ob copiam, tum ob vicissitudinem, qua aliis cadentibus alia subsascuntur; tum ob decorem: sicut enim folia decorant arborem, sic populus rite compositus republicam. Vatablus, ubi non consilia, cadit populus; ubi autem satis consiliarii est, conserdatur. Ita et Cassianus, Collat. II De Discretione, cap. IV, legit, *quibus non est gubernatio, id est consilium et discretio*, inquit, *cadunt ut folia*. Est metalepsis; ex consiliis enim intelligitur gubernatio bona, consulta et prudens; ex gubernatione ipse gubernator, ut veritè Noster. Sensus est, q. d. Ubi non est gubernator sapientia et prudentia gubernandi præditus, ibi in multa pericula et damna corrumpitur populus; ab ubi is adest, et consilio vel proprio pollet, vel alieno utitur, ibi populus salvus, et a malis omnibus immunus securusque consistit.

Vox ergo תרבות *tachbuloth* pluralis significat primo, multis magnisque consiliis modisque regendi quibus esse rectori republice, utpote qui ad varias variorum hominum et populorum condiciones, indoles, appetitus sese attemperare debeat, ut quemque conformiter ad suum ingenium regat. Ilijus apologum vel exemplum Poete dant Proteum, qui in mille formas sese vertebat, ut cuique sese assimilaret, ejusque indoli et moribus sese conformaret. Accedit quod ait Sallustius in *Jugurth.*: « Vultus ingenio seditiosum atque discordiosum, cupidum novarum rerum, quieti et otio adversum. » Et, ut idem ait in *orat. Marcii*: « Impigre lingue, ignavi animi. » Et Livius, lib. XXIII: « Hæc, ait, est natura multitudinis: aut servit humiliter, aut superbe dominatur. Libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt. » Philo, lib. *De Josepho*: « Sicut, ait, gubernator pro ratione ventorum mutat navigationis subsidia, non uno modo navem dirigens: sic republice moderator debet esse multiformis ac multiplex, alius in pace, alius in bello; aliter se paucis, aliter multis opponens adversariis, etc. » Asipulator S. Gregorius Nazianæus in *Orat.* 4

Apol.: « Nam profecto, inquit, ars quædam artem et scientiarum mihi esse videtur, hominem regere, animal maxime varium et multiplex; id est, ars una est plures artes coercens. » Et post pauca: « Quemadmodum, inquit, si quis belluam variam et multiplicem, ex multis bellis magnis juxta parvisque feris mitibusque compactam, curare ac ducere aggrediat, huic in natura adeo varia et prodigiosa gubernanda, maximus ubique labor subeundus sit, magnisque certamen: quippe nec vocibus eisdem, nec alimentis, nec manus attractionibus ac sibilis, nec reliquis delectetur; sed alii aliis pro sua quæque natura et consuetudine vel gaudeant, vel offendantur; ut qui ejusmodi belluæ curam susceperit, eum varia omnino et multiplici scientia ornatum esse oporteat. Haud dissimili modo communi huic Ecclesie corpori, instar compositæ eusjandæ et inæqualis belluæ, ex pluribus variisque moribus et sermonibus coagmentato, summo quoque necesse est, Antilitem scilicet simul et simplicem esse, quantum ad eam, quam ad res omnes adhibere debet animi integritatem; et quam maxime varium et multiplicem, quantum ad id attinet, ut uniuscujusque benevolentiam sibi conciliet. »

Secundo, *tachbuloth* significat gubernatorem republice debere imitari gubernatorem navis, de quo multa Plato in dialogo *De Regno*, et lib. VIII *De Repub.*, et Plutarchus in *Moral.* ubi inter cætera ait: « Ut in magnis tempestatibus validissimo clavo, optimo gubernatore, et pluribus fulluris opus est: sic magnas et turbulentas res administrandi summa sapientia opus est; quam cum gubernator non habet ex se, a probis consiliariis mutetur et discat oportet. » Unde Vegetius, lib. III: « Fieri, ait, quid debeat cum multis tracta; quid facturus sis, cum paucissimis, vel potius ipse tecum. » Vide dicta cap. 1, vers. 5.

Quocirca Pius II, sapiens et generosus Pontifex, lib. I, epist. 387 ad *Ludovic. Galliarum regem*: « Scriptura, inquit, quæ ait: Ubi multa consilia, ibi salus, consiliorum multitudinem non requirit, sed maturitatem et digestionem; quæ res in paucis quam in multis facilius reperitur; neque enim honestas aut justitia multitudine facile suadet, quæ variis affectionibus agitata ad prona frequenter inclinat confusioni; subita est consensuum multitudinem, neque bene res se habet ubi suffragia numerantur, non ponderantur; sæpe enim fit ut major pars meliorem vincat. » Justinianus edixit quoque hoc modo: « Sed neque ex multitudine auctorum quod melius et æquius est judicatur, cum possit unus forsitan et deteriori sententia, multos et majores aliqui in parte suâ errare. » Testis Cicero, « Q. Scævola juris pavilissimum, cum de jure prædiorum consuleretur, suos interdu consultores ad Furium et Casellium prædicatores rejecisse. » Et constat Bartolum ad iudicium mercatorum et officum pleraque sua al-

cubrasse. Nam, ut idem tradit M. Tullius: « Assiduus usus uni rei deditus et ingenium et artem sepe vincit. »

Ita Severus Imperator nil statuit unquam ab se plurimorum Jurisconsultorum aliorumque peritorum corona. Augustus ad consilium etiam privatum adhibebat Mecenatem et Agrippam, sicut Julius Caesar Q. Pedium et Cornelium Balbum. Et Augustus post mortem illorum, si quid, cuius cum peniteret, accidisset, exclamabat: « Horum nihil mihi accidisset, si aut Agrippa aut Mecenatus vixisset. »

Tertio, *tacholoth* notat salutem reipublice consistere tum in sapientia gubernatorum, tum in obedientia civium, sicut salus navis pendet a nauclero, chori a chorago, orbis a sole. Quod enim est sol in mundo, choragus in choro, nauclerus in navi, hoc est sapiens rex vel princeps in reipublica. Hinc rursus Hebraei consilium vocant *דבר* *sod* a *דבר* *tasod*, id est fundavit; quod enim fundamentum est in domo, hoc consilium est in re agenda, ut eo stante stet, ruente ruat. Audi S. Chrysostomum, homil. 31 in *epist. ad Hebr.*: « Magistratum ducemque et rectorem non habere nihil est, et est argumentum multarum calamitatum et confusionis. Nam sicut si chori coryphaeam a choro et ducem sustuleris, non erit amplius chorus modo congruus et ordinatus; et si a phalange exercitus amoveris imperatorem, non erit amplius numerosa et ordinata acies; et si a navigio dempseris gubernatorem, navem demerges: ita etiam, si a populo rectorem abstuleris, omnia everisti et delevisti. » Deinde de his qui principem habent, non tamen illi parent, haec annexit: « Atque malum quidem est magistratus et rectoris defectus, occasio scilicet eversionis; non minus autem malum est inobedientia subditorum. Populus enim non parens rectori nec magistratui, est similis et qui non habet, et forte etiam deterior: nam his qui rectore caret datur venia, si ordo atque moderatio non servetur; his autem non ita, sed poena digni sunt. »

Idem fuit sensus Philosophorum. Aristotelis *Rhetor. ad Alexandr.* « Consilium, ait, eorum, quae inter homines, divinisimum; » Platonis: « Quidam sacrum profecto consultatio est: » nam consilio stant regna, urbes, domus. Sallustius *ad Caesar.*: « Ego, ait, ita comperi, omnia regna, civitates, nationes usque eo prosperum impetum habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. Ubicumque gratia, timor, voluptas ea corrumpere, paulo post imminebat opes, deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est. » Omnium suffragio damnatur ipse Julius Caesar, nec in dictatura, nec in consultiu consilio senatus usus, ait Suetonius, unde et se et reipublicam perdidit. Idem fecit Nero, qui senatum capitaliter oderat, ait Suetonius. Similis fuit Hieronymus Siciliensis rex, qui nulla de re convocavit vel consuluit publi-

cum consilium, teste Livio, lib. IV *Belli Punicis secundi*. Fusc hoc argumentum tractat Card. Paleotus, lib. *De Sacri Consistorii consultationibus*, et Martinus Laudensis, tract. *De Consiliis*, et Boetius, *De Auctoritate magni consilii*. Huc facit quod omnes reges et principes suos habent consiliarios, senatores, parlamentum, etc. Porro, « Consiliorum gubernaculum lex divina sit, » ait S. Cyrilianus.

Tropologica, S. Dorotheus ex hoc loco docet fidelem virtutis studiosum egere ductore et gubernatore. « Cavere, ait, nos admonet ne nosmetipsos informemus, ne nos sciolos habeamus, ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum. Opus enim nobis est auxilium praeter Deum, opus coadjutoribus. Nihil est miserabilius, nihil quod citius expugnari queat his, qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei. At enim: Quibus non est gubernator, decidit ut folia. Folium a principio semper virens, semper germinans, semper delectabile est: non nullo post arescit et languet, et cadens contrahit et concutitur. Talis homo est, qui a nemine regitur. A principio ferventissimus ad jejunia, ad vigiliam, ad quietem, ad obedientiam, et ad quaecumque caetera bona. Paulo post exstincto eo fervore, si nullum habuerit suum gubernatorem aut fotorem, qui extinctum ignem suscitaret et accendat, desiccatur et calit, ac demum desitit ab hostibus suis captivus trahitur, qui ut voluerit in ipsum grassantur. » Haec ille et optime.

Hanc gnomen illustri apologo vulpis et formicae festivi parabolis seu filis serieis phrygoniae accipit exornat Cyrillus, lib. I *Apolog. moral.* cap. x, cuius titulus: *Ubi multa consilia sunt, ibi salus.* « Vulpeculae, ait, ut super terram sibi domum construeret, materiam congregandi formica obviavit, et salute dicta, quid esset quod faceret exquisivit. At illa respondit: In obscuris terrae latibulis haecenus habitavi, modo fert animas in luce canctis gratissima mihi nidum construere. Cui formica mox dixit: Fuitne tibi forte unquam molestum primum illud habitaculum? Cui illa: Nunquam certe, sed tutissimum et quietum; at tamen ad voluntatem hanc dulcedine lucis inclinor. Tum formica subjunxit: Nimirum dulce est lumen, et delectabile oculis videre solem, sed longe magis sapit vita, et delectabilior est securus quietis. Quamobrem, soror, licet non sim tanti, ut consiliana sim prudentiae tuae, hoc tamen tibi in memoriam revoco, et re haec novitate verum est, quod gallinaris et pellionibus non es modicum odiosa; illis quidem, propter zeum gallinarum, istis vero, pellium cupiditate tuarum. Saneum itaque ut in novo negotio consilium antiquorum requiras: nam consilium custodiet te, et prudentia te servabit. Ad haec vulpes inconsculte respondit: Nimirum quidem, soror, hoc attendo; nam egero tuo consilio me minime puto. Cui formica prudenter respondit: Principia quidem rerum mole-

minima, virtute sunt maxima. Nam ex parvo semine ingens palma nascitur. Quare in minimis exordis maxima sunt consilia agenda. Quoniam parvus error in principio, maximus est in fine. Sic modica radice corruptio in totum arboris scepas effunditur. Quod in suo principio totius realitas continetur. Adde quod, si minima negligas, paulatim defluas in majora, *Ecclesi. xix. 1.* Propter hoc Salomon in Proverbio dixit: Audi consilium, et suscipe doctrinam, ut sis sapiens in novissimis tuis, *Prov. xix. 20.* Nam et cogitationes consilii roborantur. Ad haec vulpes, vincta ratione, respondit: Elsi in hoc ipso, quod paro, consilio uti sit opus, tamen satis mihi a natura consilii est domi. Cui prudenter formica: Descriptum est, inquit, *Prov. iii. 7*: Ne sis sapiens apud temetipsum, et ne innilaris prudentiae tuae, quia dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. » Idipsum deinde similitudine oculatorum, radiorum et nautarum confirmans, subdit: « Nonne plura vident quatuor oculi quam duo? et multiplicati radii plus illustrent? major certe facultas est plurium, et ratis pluribus nautis securius gubernatur. Verumtamen ejus est consilium? nonne est sapientiae? nimirum haec quae abscondit uni, revelat alteri: et humilitatis amatrix ut plurimum, rectum de agendis consilium docet per alium. Quod si bene judicasti, teste consiliario addito, certior eris, et recte in melius dirigeris. Quanto igitur consilium est ex pluribus, tanto salubrius existit. Quoniam ubi multa consilia, ibi salus. Sic audiens sapiens, sapientior erit, et intelligens gubernacula possidebit, *Prov. i. 3.* Ad haec vulpecula dixit: Scio quod provida es; doce, quaeso, ejus sit consilium audiendum. Tunc illa: Sapiens, inquit, prudens, scientis, expert, amici fidelis, magnanimi, Deumque timens. Quibus dictis, provida callidam a se eruditam vale dicto dimisit. »

13. AFFLIGETUR MALO, QUI FIDES FACIT PRO EXTRANEO: QUI AUTEM CAVET LAQUEOS, SECURUS ERIT. — *q. d.* Qui fidejubeat pro alio, affligetur multis molestiis, et subinde damnis: eogetur enim debitum debitoris, si is solvendo non sit, aut solvere nolit, ex suo ere dependere et praestare; qui autem cavet laqueos obligationum, qui in sponcione et fidejussione latent, ab hisce molestiis et damnis immunis et securus erit. Vide dicta cap. vi, vers. 1 et seq., et *Ecclesi. xxix. 4* et seq. Hic sensus patet ex Hebraeo, qui sic habet: « Contritione conteretur homo, cum fidejusserit pro extraneo; et qui odit defigentes (stipulantes et fidejubescentes defigendo et consensendo manum manui creditoris), confidit; Symmachus, qui autem odit captivos (laqueos et licinum et sponcionum), confidit; Theodotus, odio habens laqueis implentarii confidit, id est, confidenter et secure ager, non timens lites et damna quae ex fidejussione sequuntur. Septuaginta vero sic vertunt, *malus malus, cum commixtus* (Hebraeo enim *עירב* *arab*

proprie miscere, indeque stipulari et spondere significat) fuerit iusto: odit autem sonum securitatis. Hebraice enim *תקע* *taka* et defigere, et sonare tubaque clangere significat. Potest haec Septuaginta versio ad Vulgatam accipiari, *q. d.* Malus, id est avarus creditor, affligit iustum, qui ex charitate pro debitoro spondit. Hinc iustus odit sonum, quem in stipulatione fidejussionis vel assurationis manu concerta edere solet, *q. d.* Odit complensionem manus suae cum manu creditoris, hoc est, odit fidejussionem. Si tamen ea ample ut sonant accipias, significant iusto periculosum esse omne cum malo sive impio commercium: periculum enim est ne ab eo fraudetur, intricetur aut seducatur. Unde auctor *Catenae Graecae*, sic Septuaginta clare veritit et explicat, *improbi inter justos inimici faciunt improbe, sermonemque de salute et securitate (doctrinam salutis) institutum aspernantur.* Et Syrus de more assentans Septuaginta, improbus, ait, male facit, cum occurrerit iusto, quod odit spei contra justum; Chaldaeus vero, *malus, ait, male agit contra justum, eo quod fidejussor stetit pro extraneo, et odit eos qui spem suam collocant in Deo.* Cassianus denique *Colat. I, cap. xx*: « Malignus, inquit, nocet, cum se commiserit iusto, id est, diabolus decipit, cum fuerit colore sanctitatis obiectus; odit autem sonum tutelae, id est discretionis vim, quae de seniorum verbis ac monitione procedit. »

16. MULIER GRATIOSA INVENIT GLORIAM, ET ROBUSTI HABEBUNT DIVITIAS. — Pro robusti hebraice est *עריצים* *aristim*, id est fortes, prevalidi, valentiores, potentiores, qui aliis praevalent, puta qui animo sunt infracto, omnique laboris patientes. Unde saepe in malum sumuntur, significatque tyrannos et praedones, qui vi et armis alios subjugant, spoliant, confringunt. Unde Theodotus veritit, et *irruentes apprehendunt divitias*; quidam Hebraei verum, *formidabiles ditantur*, quia talibus caeteri ex metu munera deferunt, ait Aben-Ezra. Hinc R. Salomon mystice, sed iudice, sic exponit: « Mulier gratiosa, id est Israelitica Synagoga, ad divinam gloriam proximae accedet et ad ejus legem; robusti autem, id est filii Esau, divitias pro furtum rapinamque auferenti se ad dicent. »

« Mulier gratiosa, » vel, ut hebraice est, *gratia*, primo est mulier pulchra et venusta; secundo, gratiosa in verbis et factis; tertio, honesta, pudica, obsequens marito, sedula omnique virtute praedita. Unde aliqui vertunt, *mulier virtuosus sustentat honorem, et prevalidi divitias*; Chaldaeus, *mulier benigna dividit gloriam, et robusti currunt post divitias*; Symmachus, *mulier bona assequetur gloriam*; Vatablus, *mulier modesta assequetur gloriam*, id est mulier quae obsequens erit marito, commendabitur: severi autem vel rigidi assequuntur divitias.

Jam primo, Baynus sic exponit, *q. d.* Mulier gratiosa, id est uxor pulchra, gloriam suae pulchritudinis

ditis viro in dotem afferit: unde et feminæ valde pulchre sine dote nubunt, quia dos earum est forma et pulchritudo. At עֲרִיסִים *aritsim*, id est viri robusti, solliciti, et ad rem attenti, pulchritudini antelateret opes, et cum conjugè opulentiam delam quærent, plus gloriæ ex opibus quam ex pulchritudine sperantes. Verum hæc expositio multa addit, ac alienior videtur, alioque detorta.

Secundo, melius noster Salazar, q. d. Sicut decor mulieri parit gloriâ, id est dives et nobile matrimonium, puta splendidum et copiosum maritum: sic labor viro parit opulentiam, q. d. Feminis quidem opes et magnam dotem pulchritudo et forma; viro autem fortunas et facultates sua tantummodo industria parit: atque adeo feminæ sedentariam, socordem et mollem vitam agere fortasse licet; viro autem non item, sed labore et sollicitudine impetra opus est. Sic gloria pro opibus sumitur *Genes. cap. xxxi, 1*, in Hebræo. Ita Aben-Ezra.

Tertio, Cajetanus, q. d. Sicut viri fortes et strenui fulcunt suas opes et familias sua fortitudine et strenuitate, sic uxor gratiosa, id est casta et bene morata, sustentat portatque honorem et gloriam tam suam, quam mariti: nam viri honor et gloria consistit in uxoris castitate et probitate. Accedit R. Levi: Gratia, inquit, feminæ dignitatem fulcit et conservat, perinde ac si columna fulcrumque esset, cui gloria inniteretur: sicut robusti conservant divitias, et sunt tanquam columna quedam, quæ illas a prædonibus vastatoribusque tenent. Hebræum enim תָּמַחַת *tamach*, quod Noster vertit, *inveniet et habebunt*, proprie significat fulcire, sustentare, ut domum fulciant columna.

Quarto, simpliciter et genuine Jansenius: Hebræice, inquit, ad verbum habetur, *mulier gratiæ apprehendet gloriam, et fortes apprehendent divitias*. Est autem mulier gratiæ, mulier gratiæ venustatis et probitatis. Unde Noster vertit, *mulier gratiosa*; alii, *mulier venusta*; significaturque quod, quemadmodum mulier sua pulchritudine et gratia morumque probitate obinet gloriâ apud homines: ita viri sua fortitudine consequi debent divitias; ut intelligamus quod, quemadmodum gloria viri est mulier venusta, ita familie opes pendunt ex fortitudine et sedulitate viri. Docet ergo in mulieribus maxime requiri formam et morum gratiam, in viris industriam et laborem (1).

Quinto quantum decor (animæ magis quam corporis) feminæ gloriâ conciliat, pulchre docet S. Basilius, tract. *De Virg.* « Talem se, ait, habuit, incesu et toto corporis gestu femina exhibuit

(1) *Quinto*, Schultens: « Mulier, ait, quantumvis tenera sit ac debilis, si grata et virtute præstet, admirationem omnium ad se rapit tam valide, tam potenter, ut hæc in parte contenti possit cum violentis virorum, qui aliorum opes rapiunt invaduntque. » Nam עֲרִיסִים alias plerumque sensu malo de etolentis dicitur. Non tamen semper: conf. *Jerem. ix, 11*.

bebit, ut qui illi sorte obvii fuerit, quasi vivum Dei simulacrum aspicientes, faciem ad reverentiam atque admirationem sacralitatis inclinent: venerentur, inquam, aspectum illius, atque, ut dixi, tanquam diviæ imaginis reverenter de via decedant. » Talis fuit Judith, cuius gloria fuit forma, sed magis pudicitia, virtus et fortitudo, qua Holofernem occidit, et I-raclem liberavit. Unde ei victrici populus acclamavit: « Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, » *Judith xv, 10*. Talis fuit Esther, quæ sua forma et reia gloriâ regni, thorumque Assueri assecut. Aman suspendit, Hebræos servavit.

Parvo Septuaginta interjiciendo unam sententiam, hæc gnomen aliter efferant per bimbrem antithesin: « Mulier gratiosa, inquit, suscitavit viro gloriâ; thronus autem ignominie mulier odio habens justa, » id est, improbe, impudenti, perverse mulieri ignominia insidet quasi throno suo: nusquam enim magis dedecus et ignominia cernitur, quam in femina improba, lasciva et perversa. Pergunt Septuaginta, *divitiarum indigentes sunt pigri, fortes vero nituntur divitiis*. Septuaginta more suo sequitur Syrus, *mulier pia, ait, viro adipiscitur laudem; sedes autem ignominie mulier quæ sedem odii*. Inertes etiam in divitiis sunt indigentes. Artes autem obtinent scientiam.

Symbolice et mystice, auctor *Catena Græcor.*: « Mulier benigna et gratiosa, » ait, sublimi, r. sensu est sententia mitis gratiæ curibus, cuius viri est mens vel animus: thronus autem ignominie est vis vel potestas infamie. Nam u. « omo, in quo peccatum regnat, et veluti rex in solio suo sedet, vocatur sedes iniquitatis: ita homo probro et ignominia cooperatus appellatur » sedes ignominie. » Ignominia autem nascitur ex malitia, hæc autem ex peccato. Quod autem ex aliquo natum est, hoc pars illius est, ut lapis ex saxo, et cæpes ex terra, aliaque similia: atque ideo ignominia est species vel proles peccati. « Pigri opum inopes evadunt, robusti autem et impigri divitiis cumulantur. » Vir fortis et animosus edomat et subjugat corpus suum, lascivus autem et intemperans una cum anima ipsum quoque corpus corumpit et perdit. Aliter: Vir bonus et fortis corporis illecebras fortiter contemnit: totus autem in eo est, ut animæ suæ bene sit: qui vero alio modo affectus est, is præterquam quod animæ suæ parit, suum quoque corpus corrumpit et interimit. Hæc ille.

47. BENEFACIT ANIMÆ SUÆ VIR MISERICORS: QUI AUTEM CRUDELIS EST, ETIAM PROPINQUOS ABICIT. — Hebræice est עָוֵר *ohev*, id est turbat, conturbat. Pro *propinquos*, hebræice est שָׂרָם *seram*, id est carnem suam; sed quia propinqui sunt consanguinei et conearnei, ut ita dicam, utpote ex eadem carne parentum progeniti, hinc caro in Scriptura significat propinquos, ut *Genes. xxxvii, 27*. Judæ

ait de Joseph: « Frater et caro nostra est. » Pro *benefacit* hebræice est נָחַם *nomel*, quod *primo*, significat ablaetare; *secundo*, retribuere et benefacere.

Primo ergo Vatablus sic verit et explicat, *ablaetavit animam suam*, id est defraudat suum genium et desiderium viro pius, ut in alios sit misericors: immisericos autem omnia abligurit et devorat, ideoque etiam in propinquos crudelis est. Alii, q. d. Misericordia misericordem ablaetavit a pravis desideris, et a nimio suorum amore, ut in verba pauperes sit misericors, opesque suas effundat.

Secundo, Septuaginta vertunt, *vir misericors animæ suæ benigne facit; aut immisericos quoque corpus suum perdit*. Quod Jansenius sic explicat, q. d. Vir misericors animæ suæ, id est sibi ipsi, benefacit: at crudelis non modo alios, sed etiam carnem suam, id est seipsum, lædit. Alii, q. d. Vir beneficus utilis bonis suis, sibi que ex his benefacit: ut avarus semetipsum defraudat et inedia conficit. Sic enim iuste punit Deus avaros, ut, quia opes suas in alios non erogant, sibi ipsis quoque vite alimenta ex avaritia derogent et negent. Auctor vero *Catena Græcor.* sic, q. d. Vir benignus et liberalis ex insulato deditus est animæ; avarus autem et tenax nec animæ, nec corpori parit, quippe quod non nutrit, nec tractat ut oportebat, aut certe immodice crudelis et parens est: se enim immodice saturans, in adversam valetudinem et paupertatem deflectit, et tandem omnino perit. Hæc ille.

Tertio, melius Noster per *carnem* accipit propinquos, uti et Vatablus et alii. Unde sic explicat Lyranus, Hugo et Dionysius, q. d. Vir misericors, dum aliis benefacit, animæ suæ benefacit: at crudelis etiam in propinquos, et consequenter in carnem et animam suam, immisericos est. Ratio est *primo*, quia misericors in alios, tot sibi patronos ante Deum numerat, quot suis subsidiis sublevat. *Secundo*, quia Deum sibi debitorem facit; Deus enim promisit: « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, » *Matth. v. Tertio*, quia sola misericordia post mortem defunctos comitatur, ut agat eorum causam in tribunal Christi, inquit et S. Augustino Lyranus. Unde pro *benefacit*, Aquila et Theodolion vertunt, *retribuit animæ suæ*; Syrus, *vir pius*, inquit, *facit sibi pignora bona*. Hæc accedit expositio Cajetani: Vir misericors, inquit, non modo alios, sed et animæ suæ benefacit, quia reppendit illi quod debet, scilicet actum virtutis: virtus enim animo debetur, et eo quod animus suoapte instinctu ad virtutem impellitur, eamque postulat et desiderat.

Quarto, auster Salazar sic antithesin profundius enunciat, q. d. Qui vere et ex animo misericors est, is quidem benefacit animæ suæ, id est, non ex affectu carnis beneficia et elemosynas colloct suas, sed ita expendit ut animæ suæ prosint, id est, non proximis solum et consanguineis, quos plerumque ex affectu humano fovere solemus;

sed etiam aliis distribuit bona sua. Contra vero, « qui crudelis est, etiam propinquos abicit: » ille scilicet, qui propter avaritiam misericordiam exiit et sevilitatem induit, non solum aliis non succurrit, sed etiam in consanguineis et carnis cognatione conjunctos impius existit.

Quinto, plane et simpliciter, q. d. Vir misericors liberaliter sua expendit, ideoque imprimis animæ suæ, id est sibi ipsi, benefacit; deinde superflua in alios egentes beneficiendo disperdit: at crudelis, id est avarus et immisericos, *primo*, externos, deinde propinquos, opesque suas tandem vite necessariis defraudat. Multa enim per aopiopesin subicit Salomon, quæ lectori subaudienda relinquunt. Gnomo enim hæc brevitate sua elegantes et acute lectoris ingenium exoriet et accuat. Aut clarior, q. d. Vir misericors benefacit animæ suæ, id est sibi ipsi, suæque familie et propinquis: immisericos autem non tantum in extraneos, sed et in propinquos suarumque familiarum, et consequenter in seipsum et animam suam crudelis est. Unde Symmachus vertit, *turbat suas ipsius domos*; Chaldeeus, *retrahit bonum viri benignus; qui perdit corpus suum, crudelis est*. R. Salomon: Misericors, inquit, et pius animæ suæ, id est propinquis (quos amat ut animam suam) beneficia impendit; crudelis autem propinquos suos conturbat et abicit. Per homines enim simile ex simili, vicinum ex vicino, conjunctum ex eo cui jungitur, v. g. amicus ex amico, propinquus ex anima propinqui intelligitur (1).

Mystice, significatur viri pii primum et proprium opus esse, ut consulat animæ suæ, ejusque salutem æternæ per studium virtutum et honorum operum: scit enim nihil sibi vicinius et charius esse anima, quam si perdat, omnia perdit: unicam enim tantum habet, non duas, non tres. Si unicam ergo perdit, omnes et omnia perdit, idque irreparabiliter per omnem eternitatem. Unde monet Sapient: « Omnia si perdas, animam servare memento. » Hoc est quod inculcat *Eccli. xxx, 24*: « Miserere animæ tuæ, placens Deo. » Vide ibi dicta.

Denique notat S. Thomas II, *Quæst. CLIX, art. 1, ad 3*, crudelitatem hæc sumi pro immiseriordia, quæ propinquos beneficia subtrahit: nam alioqui crudelitas, inquit, propria opponitur clementiæ, estque atrocitas animi in exigendis penis, sicut clementia est lenitas animi ad facile eas remittendum et condonandum. Dicitur enim crudelitas a cruditate: nam sicut ea que sunt cocta et digesta, suavem habent saporem, ita ex ad-

(1) Sensus est: vel, sibi ipsi benefacit, qui benefacit aliis; et affigit suam carnem, id est seipsum, qui affigit alios; — vel, qui benefacit sibi ipsi, sui corporis curam gerendo, opibusque suis hilariter utendo, is et erga alios se benignum præbet; at qui seipsum, v. g. ob avaritiam male habet, is etiam erga alios immanis est: conf. *Eccli. xiv, 5, 6*. Posterior interpretatio Rosenmüllero præfæcit.

verso illa quae sunt cruda et indigesta, asperum arduumque habent saporem. Simili modo clementia est lenitas et suavitas, crudelitas vero asperitas in exigendis poenis: illa suavis et sapida, haec austera et aspera. Ita D. Thomas.

Hanc gnomen pulchro Bombycis et araneae apologo, bellis gloriaturum roris florido, illustrat Cyrillus, lib. III. *Apolog. moral.* cap. XVIII, cujus titulus: *Quae differentia sit inter avarum et liberalem.* « Bombycis, ait, dixit aranea: Ut quid, frater mi, sic temetipsum torquens evisceras te pro non tuo? At ille: Tu autem te, ut quid? Tum illa: Ego, inquit, laboro pro meo. Mox ille: Quid est tuum? cui aranea dixit: Bonum meum est praeda, quam capio in hoc retiaulum incidetem. Ad haec ille: Quenam est praeda? tum illa: Praeda mea est musca. Quibus auditis, vermis locutus est dicens: Certe, soror, detestanda mihi videtur ars fraudulencia, cassus labor demencie, ac repudianda praeda miseriae. Nondum nosti, ut video, quid sit verum proprium bonum, hoc est intrinsecum, non extrinsecum. Tantum nempe illud est verum proprium bonum, quod, nisi possessore ejus sponte ipsum reliquerit, est invictus: is namque veraciter vincitur, qui a bono proprio spoliatur. Bonum autem extrinsecum est, quod nolente etiam possessore abripitur. Sic enim bonum proprium virtus sola dignoscitur, quae nimirum te, nisi eam reliqueris, non relinquet. » Id ipsum sibi bombyx applicans subjungit: « Igitur bonum meum est verissima liberalitatis virtus, qua cum communico propria, mihi haec ipsa magis approprio, quam cum aliena possideo; et cum distribuo, colligo; et dum expendo, recondo. Propterea nimirum, ut cunctis proficiat, caelum cursu rapidissimo volvit, et sidera lumen diffundunt, aer roridus concrescit in pluviam, et ubique tam commoda germinat terra. Sic etiam non sibi, sed aliis natura gemmificat, et liberalis metalla progenerat; scaturit fontes, fructificant arbores, mellificat apes, et cara vellera gerunt oves. Tota igitur naturae ars, labor et studium, ad beneficium exhibendum ex virtute liberalitatis concurrunt. Hoc igitur agendo sequor eam, et ex medullis charioribus beneficia impendere conor. Quibus auditis, illiberalis aranea a doctore liberalitatis confusa obmutuit. »

18. IMPIUS FACIT OPUS INSTABILE, SEMINANTI AUTEM JUSTITIAM MERCES FIDELIS. — Perperam aliqui vertunt, *seminanti in justitia*, huncque dant sensum, *q. d.* Impii opus, v. g. agricultura, est instabile; Hebraice, *est mendacium*, quia scilicet messem copiosam, quam labor exigebat et promittebat, non praestat: at justus qui seminat in et cum justitia, laboris et agriculturae suae, Deo illi benedicente, copiosam mercedem messemque percipit. Perperam, inquam, cum Hebraea ad verbum habent, *impius facit opus mendacium, id est mendax, instabile et fallax; seminanti autem justitiam merces veritatis, id est vera, fidelis, stabilis; Septuaginta,*

impius facit opera injusta, semen autem justorum merces veritatis; Chaldaeus, impius facit opus iniquitatis (Syrus, oppressionis), et qui seminat in justitia, veritas merces ejus erit. Veritas, id est stabilitas, soliditas, q. d. Merces ejus est stabilis et solida: sic enim Hebraei id quod est, tum, solidum et firmum est, vocant verum et veritatem; quod vero fallax est instabile et evanidum, vocant mendax et mendacium. Rursum veritas, quia vere messis et merces respondebit suo semini, passio gloriae gratiae, quies labori, beata aeternitas passioni temporariae: veritas enim messis in eo sita est, ut suum semen referat et reddat, sed novum et multiplicatum.

Est antithesis inter impium facientem impia, et plium, sive justum, facientem pia et justa, quod pii opus, id est merces et fructus operis sit verus, id est certus, stabilis, fidelis: impii vero merces fructus operis sit mendax, id est evanidus, quia non perdurabit, nec fructum et mercedem quam sperabat assuetur. Similis ergo est impius aranea, quae se eviscerat, ut telam texat, cujus nullus est usus vel fructus, nisi ut capiat muscas. Quid enim aliud sunt opes, honores, deliciae, pro quibus laborat et sudat impius, nisi titillantes molestaeque muscae? juxta illud *Isaia LIX, 5:* « Telas araneae texerunt. » Et *Osee VIII, 6:* « In araneam telas erit vitulus Samariae. » Justus vero similis est api, quae ceram et mel quasi nectar caeleste conficit. Hoc est quod ait S. Paulus *Galat. VI, 7:* « Qui seminat in carne, de carne et metet corruptionem; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. » Et David: « Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos, *Psal. CXXV, 6.*

Justitiam hic, ut et superius, generatim accipio pro quovis opere justo, et *impietatem* pro quovis opere impio et injusto. R. Salomon tamen et noster Salazar justitiam arctant ad eleemosynam, et impietatem ad avaritiam, *q. d.* Impius, id est avarus, facit opus instabile, id est colligit ac comparat opes instabiles ac mendaces: quae nimirum nunquam diu apud aliquem durant, sed oculus desiderans ad alium demigrant, quae fallaces sunt et inanes. « Semina autem justitiam merces fidelis. » Nominis *justitia* eleemosynam aliquando intelligi alias animadverti. Itaque ait: Qui facultates atque opes suas seminis instar spargit in pauperes, fidelem, constantem et minime fallacem mercedem auferet. Eleemosynam vero semini conferri solitam nemo ignorat. Hic sensus est accommodus, sed aetior: prior ergo plenus est et adaequatus. Unde Vatablus clare veritatem, *impius facit opus fallax (irritum, mendax); qui vero sedit justitiam, solidam mercedem recipit.*

19. CLEMENTIA PREPARAT VITAM, ET SECTATIO M LORUM MORTEM. — Hic versus explicat praecedentem, ejusque dat causam, *q. d.* Opus justum est sta-

bile, impii vero instabile: quia justitia ducit ad vitam, impietas vero quae mala sectatur, saepe praesentem, semper aeternam affert mortem. Pro clementia enim hebraice est *justitia*. Unde Hebraea ad verbum sic habent, *sicut justitia ad vitam, sic persequens malum ad mortem suam; Septuaginta, vir justus progignitur in vitam, persecutio autem impii tendit ad mortem; Aquila et Symmachus, et seclator mali ad mortem suam; Chaldaeus, sicut qui facit justitiam, seclatur ad vitam; sic qui sequitur malum, seclatur ad mortem; Syrus, filius justitiae ad vitam, qui facit malum ad mortem; Vatablus, firmum quid est justitia ad vitam; qui autem malitiam sectatur, mortem sibi accersit (1). Ex his patet justitiam hic ample sumi, opponique cuivis malitiae et sceleris. Noster tamen pro *justitia* veritatem, tum quia ponit speciem pro genere, et exemplum pro regula generali; tum quia inter opera justitiae excellit clementia et eleemosyna; unde in Scriptura pro *justitia* saepe significatur eleemosyna, ut *Psal. CXXI, 9:* « Dispersit, dedit pauperibus, justitia (id est eleemosyna) ejus manet in saeculum saeculi. »*

Quocirca noster Salazar hoc loco pariter *justitiam* ut est in Hebraeo, accipit pro eleemosyna, ideoque censet Nostrum vertisse *clementiam*. Unde sic exponit, *q. d.* « Clementia preparat vitam et beatitudinem, et sectatio malorum, » id est, avara divitiarum disquisitio et sordida assertatio, « mortem, » supple preparat. Forte etiam Noster in Hebraeo pro *justitia* *צדקה tzedaka*, id est justitia, legit *חכמה chesed*, id est pietas, clementia; unde *חכמה chesed* est clementia, avis pia in parentes. Ut ut est, verus videtur quod ait Janesius, per *clementiam* synecdochice intelligi quamlibet justitiam (opponitur enim *sectationi malorum*, id est iniquitati et injustitiae), quia ex clementia omnis bonitas, justitia et sanctitas, velut rivus e fonte promanat. Nam, ut ait S. Ambrosius, *De Obitu Satyri fratris:* « Si libido atque iracundia reliquorum vitiorum educatrices sunt, jure castitatem atque clementiam dixerim quasdam virtutes parentes; quamquam pietas quoque ut omnium principium bonorum, ita etiam virtutum seminarium est ceterarum. » Hinc clemens dicitur qui non irascitur, quasi colens mentem, nec irascendo vexans aut turbans, ait Donatus. Mens enim clemens, lenis, quieta, placida et benigna, uti passionum turbationes excludit, ita virtutum omnium capacem se reddit. Unde Poeta:

Quo quisque est major, magis est placabilis ira,
Aliae animos faciles mens generosa capit.

Et Comicus:

Proxime Deo propinquat, qui nititur clementia.
A bestis non separat clementia.
Clementia omnes, sed magis roges decet.
Clementia una homines pares facit diis.

(1) Maner, integer justitia ad vitam integer est hoc est, ut vivat; sed qui sectatur malum, ad mortem est.

Denique Christus episcopus justitiae et virtutis Christianae posuit in clementia et mansuetudine: « Discite, inquit, a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris, » *Math. XI.* Et Dei prima dos, nomenque proprium quod sibi indidit, est « clemens et misericors, » ut patet *Ezekiel XXXIII, 49*, et cap. XXXIV, 6, *Jona IV, 2.*

20. ABOEMINABILE DOMINO COR PRAVUM; ET VOLUNTAS EIUS IN IIS QUI SIMPLICITER ABUCLANT. — Hebraice, *abominatio Domini perversi corde* (ita Aquila et Symmachus), et *beneplacitum ejus perfecti, vel integri via; Septuaginta, abominatio Domini via perversa; accipit autem ei omnes immaculati in vis suis*, hoc est, ut clare veritatem Vatablus, *abominatio Domini perversos corde; integris vero conversatione delectatur; et Syrus, amat (Chaldaeus, vult) qui sine macula sunt in via ejus.* Ratio est clara, quia Deus est ipsa bonitas, integritas, sinceritas, sanctitas, et proinde extreme contraria et exosa est omnis malitia, pravitas, duplicitas, iniquitas. Peculiariter autem et exosa est fraus, fictio et simulatio, quae monstri simile est, ait noster Salazar, duplex in uno homine homo, ut alius homo se ostendat in ore, alius laeal in corde; ut alius proloquatur, aliud cogit et sentiat. Sapientia enim aeterna, quia Deus, est ipsa veritas, sinceritas, « candor lucis aeternae, et speculum sine macula, » *Sapient. VII.*

Talis fuit Satyrus frater S. Ambrosii, de quo sic scribit in orat. funebri *De Obitu ejus:* « Quam plaudebam mihi quod tali me Dominus fratre donaverat, tam pudico, tam efflicae, tam innocenti, tam simplici? ut cum tuam innocentiam cogitarem, efflicaeam desperarem; cum efflicaeam, innocentiam. Sed utrumque mira quadam virtute jungebas. » Et inferius: « Tante simplicitatis erat, ut conversus in puerum, simplicitate illius atque innoxia, perfecta virtutis efflicae, et quodam innocentium morum speculo reduceret. Intravit igitur in regnum caelorum, quoniam reddidit Dei verbum, quoniam sicut puri artem creditit adulandi, injuriam dolorem clementer absorbit, quam clementius vindicavit, quarela quam dolo promptior, satisfactioni facilis, difficulti ambitioni, sanctus pudori, ut frequenter in eo superfluum magis reverentiam predicares, quam necessariam queres. » Et post pauca: « Eleem in temerata sacri baptismatis dona servavit, mundus corpore, purior corde; non minus adulterini sermonis opprobrium quam corporis perhorrescens, non minorem ratus pudicitiae reverentiam defendendam integritate verborum, quam corporis castitate. »

21. MANUS IN MANU NON ERIT INNOGENS MALLIS; SEMEN AUTEM JUSTORUM SALVABITUR. — Syrus et Chaldaeus haec accipiunt de violenta injectione manuum in alios, deque pugnis et verberibus: sic enim vertunt, *qui extendit manum suam contra socium, non erit immunis a malo. Accedunt Septuaginta, manus manus injiciens injuste, non erit impu-*